
FORTITER ET CONSTANTER.

4°
J. germ. 62

JOH. WILHELMI GOEBELII
J. U. D. ejusdemque in Regio Duçali
Julia P. P. O.

TRACTATUS
DE
JURE
ET
JUDICIO
RUSTICORUM
FORI GERMANICI.

HELMSTADII,
apud NICOLAUM FÖRSTERUM,
Bibliop. Aul. Hanov. M DCC XXIII.

Christophorus Otto Comes et D̄nus in Schallenberg &c.
Praepositus Constantiensis ab a°. 1693, Canonicus Augusta-
-nus ab a°. 1672, ejusdemque ecclesiae Decanus ab a°. 1721.
natus a°. 1655, 6ª Junii, horâ 8.ª matutinâ in Hagen
prope Linzium Austriae superioris, Patre, Comite
Christophoro Ernesto &c. Matre, Christinâ, natâ Baro-
-nissâ Schiferin &c. denatus a°. 17.....

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

Bayerische
Staatsbibliothek
München

INDEX CAPITUM,

Cap. I.

De Statu Rusticorum. p. 3

Cap. II.

De Rusticorum Possessionibus. p. 42

Cap. III.

De Rusticorum Præstationibus. p. 64

Cap. IV.

De Patrimonio Rusticorum. p. 138

Cap. V.

De Rusticorum Conventionibus. p. 164

Cap. VI.

De Rusticorum Delictis. p. 179

Cap. VII.

De Privilegiis Rusticorum. p. 192

Cap. VIII.

De Judiciis Rusticor. p. 203

Cap. I.

DE STATU RUSTICORUM

§. I.

POstquam fasces & secures inter Rhenum Albimque visi sunt (a) Germani, ad Romanorum artes, non ut par erat, perspicaces (b) a rectitudine & simplicitate morum patriorum paulatim seducti (c) in Romanorum instituta, ad genium gentis nostræ parum quadrantia (d) tandem & Leges concessere (e) Quo factum, ut ea, quæ ex ritibus sanctionibusque (f) majorum servarunt, in Quiritum placita componere, vel ut rectius dicam detorquere, aut ad ea exigere allaboraverint; unde illa in gente nostra morum legumque mira farrago (g).

(a) Debellatas inter Albim Rhenumque dicere gentes, ut fuit in munimentis Marti, Jovi & Augusto â Germanico sacratis

tis *Tacit Lib. 2. Annal. C. 22.* a veritate alienum. Nam nec Drusus nec Germanicus transire Albim ausi *Tac. L. 2. Annal. C.* 14. quando Arminius invictus, quando nulla adhuc pars Germaniæ inter Rhenum & Visurgim in provinciæ formam redacta. Et quantum terrarum gentiumque restabat aut bello intactum, ant visum nunquam a Romanis. *Scaten. Histor. Westph. L. 2. p.* 88. Etenim ipse Tacitus superbam illam inscriptionem parum ex vero traxisse fatetur; Cum Arminium Cheruscorum Ducem sequentem in modum laudibus veneratur: *dolo propinquorum cecidit, liberator haud dubie Germaniæ, & qui non primordia populi Romani, sicut alii Reges, Ducesque, sed florentissimum Imperium lacessierit, præliis ambiguus, bello non victus.* Hujus argumenti sunt quæ apud *Florum L. IV. C.* 12. referuntur: *Quippe Germani victi magis quam domiti erant: moresque nostros magis quam arma sub Imperatore Druso suspiciebant.*

(b) Suspicor, majores nostros, *Tacito* asserente, gentem non astutam nec callidam, de moribus Germ. C. 22. potissimum dictos, quia ad Romanorum arcana aut potius flagitia dominationis hebescebant. Hinc Tiberius in epistola ad Germanicum apud *Tacit. L. 7. Ann. C.* 26. se novies a divo Augusto in Germaniam missum plus consilio, quam armis effecisse, monet. *Confer. Machiavellus L. 2. discurs. C.* 13. *p.* 138. *oper. edition. Venet.* Alias enim & illos astutia aliqua valuisse, ex ipso Tacito *Lib. 2. Ann. C.* 40. apparet. vid. & *L. 2. Cap.* 11. *Annal. Taciti.*

(c) Romani inter artes habebant, gentem, quam aut devicerant, aut bello prosequebantur, in suos efformare mores, suæque asvescere linguæ, voluptatibus objicere, quibus Romani plus adversus subjectos, quam armis valebant, ut ita pedetentim hisce instrumentis subeundæ servituti aptarentur. Plerumque enim gentes, quas armis lacessebant, si non animo, genere pugnæ tamen, & armorum superabant. *Tacit. Ann. L. 2. C.* 21. *Non loricam Germano non galeam, ne scuta quidem ferro nervove firmata, sed viminum textus vel tenues & fucatas*

catas colore tabulas Tacit. annal. lib. 2. c. 14. Alias victores ad gentis viribus opibusque validissimæ, cui facile deinde inferiores esse possunt, ut ejus sibi favorem concilient & obsequium, mores effingere solent; quod Historicorum nonnulli, arcana dominationis non æque pensitantes, Alexandro, magno vitio vertunt. *Confer. Machiavelli Princeps C.* 4. Atque nobiles opibus & honoribus extollunt, militem donis, populum anona cunctos dulcedine otii pelliciunt, qui deinde novis ex rebus aucti, tuta & præsentia, quam vetera & periculosa malunt. *Tacit. Annal. L.* 1. *c.* 2. vid. epistolam Mariæ Mediceæ apud Gramondum *in Histor. Galliæ p.* 43. Nec hujus modi subsidia dominationi Romani omittebant, licet germanorum mores ut barbaros spernerent. Flavius Arminio fratri amissi per vulnus oculi, quodnam premium recepisset, interroganti aucta stipendia, torquem & coronam aliaque militaria dona memorat, inridente Cheruscorum Principe vilia servitii pretia. *Tacit. annal. lib.* 2. *c.* 9. Alios civitate Romana, aut sociorum titulo, fallentibus servitutis operculis donabant. *Tacitus lib.* 2. *annal. c.* 58.

(d) Majores nostri, dominatum cum libertate stare non posse rati, *vide orationem ferocissimi ex legatis Tencterorum apud Tacitum lib. IV. Hist. c.* 64. in tanto illum habuerunt odio, ut etiam Arminius tot in gentem suam meritis inclytus, regnum adfectans, dolo propinquorum ceciderit. Imo ex nimio libertatis studio vitium, quod non simul nec jussi convenerint, sed & alter & tertius dies cunctatione coeuntium absumtus fuerit. *Tacit. German. C. XII.* A moribus illis genti, quæ nunquam alias totam pati potuit servitutem, discedere placuit, ita ut hodie ex simplicitate vitium duceretur, in sola Bavaria dominatum quærere. In dominatu locum habent, quæ Machiavellus c. 4. de principe profert, *i principati de quali si ha memoria, si trovano governati in doi modi diversi: o per un Principe & tutti li altri servi &c. conf. Tomas. diss. de hominib. propriis*, quam conscriptam conjicio, non tam ut statum eorum, qui hominum propriorum nomine veniunt, sed po-

 tius

tius, ut maximam hominum partem ad illorum ſortem & indolem hodie regi, oſtenderet. Scrutare jam ſpeciales Germaniæ respublicas, & inveſtiga, an non pleræque ad dominatum, quem Hobbius Anglis patriæ libertati tenacisſimis ſuadere invanum anniſus eſt, quaſi in patrimonio imperantis eſſent, propius accedant. Reliqua haud dubie ſupereſſe dixeris vetuſtæ libertatis ſimulacra, vanaque nomina. Boni tamen civis eſt, ut præſenti rerum ſit contentus ſtatu; privata incommoda ſæpe publicis penſantur utilitatibus, & ſubditis ſola obſequii gloria eſt relicta. Nec imperium, quod ſemel ſubierunt, excutere fas eſt. Etenim nemo jure, cui renunciavit expreſſe aut tacite, uti nequit. *Grot. de jur. belli & pacis l. 1. c. 3. §. VIII. ſeqq.*

(e) Leges Romanas vincula dominationis, & non raro aliquid ex iniquo trahentes, Germaniæ tribunalia XIV aut XV. demum ſeculo penitus invaſiſſe eruditiores docent. Interim jam tum diu ante non pauca Romanorum ſancita legibus Germanorum infarcta eſſe, ex codicibus LL. antiquarum manifeſtum eſt.

(f) *Taciti* illud *in Germania c. 19. apud Germanos* boni mores plus, quam alibi leges valent, reſpicit haud dubie ad ſcriptas leges, quas Germani fortaſſe non habuerunt, aut tamen infrequentes. Ceteroquin non male putaveris, in noſtra gente populi juſſa extitiſſe, ex Reipublicæ videlicet indole. *Tacitus in Germania c. II.*

(g) Negari non poteſt, ut diverſa iſta in unum conſarcinarentur Chaos, JConſultorum ad ſimplicitatem Germanicam nauſeantium inconſultæ ſolertiæ, contemnendoque faſtui, nummorumque ſæpe cupiditati, non leves fuiſſe partes. Vnde fit, ut, maximo reipubl. noſtræ malo, hodie plerumque in rebus patriis, Romanis ritibus opinionibusque incruſtatis, balbutiamus.

§. II.

Sic & rem ruralem noſtratium, ſervorumque ſortem ex Romanis aliquid hauſiſſe, nemo facile inficias ibit: Romanorum

norum agri (*) curabantur aut per rusticanos, qui proprios agros (h) colebant, aut mancipia (i) quæ glebæ adscripta erant, & cum fundo transibant, devota aratris & rastris, ut *Claudianus l. 2. in Eutropium* loquitur, dicebantur etiam operarii & coloni (m) ob annuam pensionem, quam domino pendebant. (n) eisque villicus, (o) cum agricultura Romanis opulentioribus & in luce viventibus fœtere cœpisset, p) præficiebatur.

§. III.

(*) Grachus legem tulit, ne quis in Italia amplius, quam ducenta jugera possideret. Intelligebat enim contra jus esse, majorem modum possidere, quam qui ab ipso possidente coli posset. De divisione agrorum Romanorum vid. *Siculum Flaccum in vol. script. rei agrariæ p. 3. ubi p. 329. rei agrariæ leges variæ habentur.*

(h) *Perez ad tit. C. ut rusticani ad nullum obsequium devocentur.*

(i) Romanorum mancipia urbana erant aut rustica, vel ex utrisque aliquid habebant, *l. 99. ff. de legatis 3. Cujacius ad Novell. 6. Pignorius de servis p. 33. 34.*

(l) *Perez ad tit. C. de agric. & mancipiis dominic.* Erant autem aut homologi, qui se ex pactione dedentes, in hanc conditionem venerant, & recepta fuerunt, ut vicis & fundis adstringerentur. *Jacob Gothofred. ad lib. XI. Cod. Theodos. Vol. IV. p. 178.* aut originales, qui in fundis & mancipio nati, nec separatim donari aut vendi potuerunt, neque privatum pactum hic aliquid operabatur, *Cod. Theod. lib. XIII. tit. X. t. V. p. 118. apud Jacob: Gothofr.*

(n) Colebatur sæpe etiam per censitos seu tributarios, qui pro possessione, quam tenebant, censum dominis præstabant & libere á possessione sua abire, & jus suum permittentibus dominis vendere potuerunt. *Perez. ad tit. C. lib. XI. tit. 47. de agricol. & censib. & colonis.*

[o] Villicus à villa cui præest. Hic à magistro pecoris, ut & monitore aliqua ex parte distinctus, domini nomine familiam

rusti-

rusticam regebat. Varro de re *rustic. lib. I. p. 57. in vol. aut. Veter. de re rust.* Unde Vice Dominus aliquando in actis S.S. Herei & Achillei dictus. *Pignorius de Servis p. 261. Plura vide apud Columellam de re rustica lib. XI. p. 415. Caton. de re rustica c. 5. & c. 142.* Habebant & villicam, quæ curabat pecora, & salgama, præsertim ubi non aderant horum peculiares ministri. *Pignorius l. c. p. 261.* Compendium legum villicationum, Oeconomiæ Romanæ convenientium, Conradus Heresbach Consiliarius Ducis Cliviæ *libr. de re rustica* addidit.

(p) Luxum Romanorum mores admodum corrupisse *Vellej. Palerc. Tacit.* aliique testantur. Ex quo & matronæ, quæ absentibus olim maritis, militiæ aut aliorum reipubl. negotiorum causa, rem familiarem curabant, ad rusticas illas solicitudines frigere cœperunt. Merentur quæ *Columella de re rustica lib. XII. p.* 448. habet, hic adscribi. *Nam & apud Græcos & mox apud Romanos*, inquit, *usque in patrum nostrorum memoriam fere domesticus labor matronalis fuit, tanquam ad requiem forensium exercitationum omni cura deposita, patribus familias intra domesticos penates se recipientibus, erat enim summa reverentia cum concordia & diligentia mista, flagrabatque mulier pulcherrima diligentiæ æmulatione, studens negotia viri cura sua majora atque meliora reddere. Nihil conspiciebatur in domo dividuum, nihil quod aut maritus aut fœmina proprium esse juris sui diceretur, sed in commune conspirabatur ab utroque, ut cum forensibus negotiis, matronalis sedulitas industriæ rationem parem faceret, itaque nec villici aut villicæ magna erat opera, cum ipsi domini quotidie negotia sua reviserent, atque administrarent. Nunc vero sic luxu & inertia defluant, ut ne Lanificii quidem curam suscipere dignentur, sed domi sedentes confectas vestes fastidio habeant, perversaque cupidine pretiosiores à viris pelliceant, quæ grandi pecunia & totis pene censibus redimuntur, nihil mirum est, easdem ruris & instrumentorum agrestium cura gravari, sordidissimumque negotium ducere paucorum dierum tempus in villa morari. Quam ob causam cum in totum non solum exoleverit, sed etiam occiderit vetus ille matrum familiarum mos sabina*

§ III.

Sed linquamus Romana; Germanica nobis in meta sunt. Germani tam per se (q) quam per servos, qui proprii homines dicuntur, (r) agrum tractabant.

B §. IV.

---

binarum atque Romanarum, necessaria irrepsit villicæ cura, quæ tueretur officia matronæ, quoniam & villici successerunt in locum dominorum, qui quondam prisca consuetudine non solum coluerunt, sed & habitaverunt rura. Vtinam in Germania, maritis merito consortia rerum secundarum adversarumque, a perversis hisce Romanarum moribus penitus exularent. Rectissime se haberent res Germanorum domesticæ, si ea quæ *Tacitus in Germania c.* 25. memoriæ prodit, salva forent, *ut domus officia uxor ac liberi exsequuntur*; Sed ab illa majorum gloria desciverunt, postquam & vitia penes nos risa sunt, & corrumpere & corrumpi seculum vocatum.

(q) Germanos liberæ conditionis agros subegisse, extra dubium pono, nec verosimile, illud, ut muliebre exercitium, plane sprevisse. Nam per hoc, quod *Tacitus in Germania c.* 15. habet, *curam agrorum fœminis senibusque esse delegatam, infirmissimoque cuique de familia*, curas illas minoris momenti, videlicet ne forte fruges pecoribus in pastum cederent, aliaque hujus generis complexum esse; atque illud *Cæsaris de bello Gallico lib.* 6. *c.* 22. *agriculturæ non studens*, de agriculatione ad Romanorum modum artificiali, in voluptatem magis, quam utilitatem, intelligendum puto. Etenim ex eo *quod Tacitus C.* 14. habet, *nec arare terram, aut expectare annum tam facile persuaseris, quam vocare hostes & vulnera mereri*, manum stivæ admovisse, libentius autem arma tractasse, constat. Deinde uxor erat laborum periculorumque socia *Tacit. l. c. c.* 18. imo ipse *Tacitus* sententiam nostram *l. c. c.* 26. confirmat. *Arva per annos mutant, & superest ager, nec enim cum ubertate & ma-*

& amplitudine soli labore contendunt, ut pomaria conserant & prata separent, & hortos rigent, sola terra seges imperatur.

(q) Non quidem arbitror, *Taciti* tempore nulla ex Germanis potiores in ædibus domestica habuisse mancipia. Quod enim *c.* 25. habetur: *ceteris servis*, id est, qui non alea libertatem amiserant, *non in nostrum morem descriptis per familiam, ministeriis utuntur, suam quisque sedem, suos penates regit*, ostendit saltem, Germanos non tantam mancipiorum, ad ostentationem & luxuriam magis, quam necessitatem, variis officiis domesticis, *de quib, l.* 15. *ff. de usufr. & Pignor. de servis*, distinctam, ad instar Romanorum, aluisse multitudinem: sed unum aut alterum servulum corporis curæ aut domesticis officii destinatum, ipsis suffecisse. Quam vellem, ut ista modestia in gente nostra adhuc duraret. Imo ad minimum servos, quos ex aleæ victoria habebant domesticis curis, usque dum illos per commercia tradiderant, adhibuisse, vero simile est.

(r) Non demum horum originem ad tempora Clodovæi, ex quo ille Alemanniam, post victoriam ad Tolbiacum, in provinciæ Francicæ formam redegit, referendum puto, ut plerumque faciunt, *Vadianus lib.* 4. *c.* 27. *fol.* 244. *Vrstisius Basil. chron. lib.* 2. *c.* 5. *fol.* 82. *Stumfii chron. Helv. lib.* 4. *c.* 27. *fol.* 244. *Heiderus in apologia Lindaviensi p.* 507. vide *& Balthasar tit. IV. resolut.* 1. *n.* 2. *Lehm. chron. Spirens. lib.* 2. *c.* 20. sed potius a Germanicarum rerumpnbl. primordiis, ubi captivitates, aleæ vel potius taxillorum lusus, & pactitiæ servitutes cœpere, repeti debere, arbitror. Non enim homines proprios à servis diversos puto, licet facile, servilem in Germania statum vicissitudinibus obnoxium, & jam strictiorem, jam remissiorem fuisse, concedam; & ut rectum & defœcatum ferri queat judicium, tempora & diversas periodos probe esse distinguendas; atque cum hoc ab illis, qui hactenus de Germanicorum servorum conditione aliquid memoriæ mandarunt, neglectum sit, tot reor irrepsisse errores.

§. IV. Fran-

§. IV.

Francorum etiam ævo & post servi (s) in ministeriales (t) & colonos (u) distinguebantur, illi ex nobilibus (w) pariter & ignobilibus (x) constabant. Liti (y) libertorum vicem explevisse videntur, & cum penes Teutones liberti non multum supra servos erant, sæpe litum in servi synonimon, in medii ævi monimentis, adhibitum esse, arbitror.

 §. V.

(s) Hi & homines in veteribus legibus & chartis dicuntur, vide *regale præceptum Pipini apud Hedam in Historia Ultrajectina p. 35.* In diplomate Otton. II. de anno 987. quo ecclesiæ Mariæ & Lamberti Leod. Antecessorum donationes confirmat, & abbatiam Gemblur: donat habetur: *talemque loco illi cætera Leodiensis Episcopus tutorem & advocatum præficiat sub quo res & homines defendantur.* In diplomate Henrici II. reperitur, quo itidem Episcopo Leodiensi donationes confirmantur, reperitur: *cum omnibus rebus vel hominibus ad se pertinentibus. Chepeavil. in gest. Pontific. Tungrensium, Trajectensium, & Leodiensium t. I. p.* 212. *Vide & legem Ripuariorum* 8, 9, 10, *apud Baluzium tom. I. p.* 30. *Capitulare Car. Calvi* §. 5. *apud eundem tom.* 2. *p.* 211 *Leg.* 18. §. 2. & 62. *Dagoberti* §. 1. & 2. *cap.* 5. *tit.* 151. *c.* 15. Imo ut verum fatear, vocabulum hominis generale erat, & tam liberos quam servos includebat. *Capitul. lib.* 2. §. 41. *apud Baluz. tom.* I. p. 749. *Quia ergo constat, in ecclesia diversarum conditionum homines esse, ut sint nobiles, & ignobiles servi, coloni, inquilini &c.* Suspicor hic servum denotare mancipium domesticum, colono aut homini fiscalino vel ecclesiastico contradistinctum, uti & aliis in locis accipi solet *vid. Capitul. Carl. M. de ao.* 803. *c.* 15. *conferatur quoque Vad apud Goldast tom.* 3. *R. Alem. p.* 75. & *Baluz. in notis ad Capitular. tom.* 2. *p.* 989. Sæpissime tamen hominum voce Vasalli, qui & in Truste, id est

eſt fide, eſſe dicuntur, *Ripuar. XI. Cangius gloſſ. vocab. truſte*, ſignificabatur. *Cangius in gloſſ. tom. I. p. 763. 764. edit. pariſienſ. Spelm. in gloſſ. p. 298.* Homines majores, quorum mentio fit in Capitul. Ludovic. pii, ſunt Vaſci dominici, qui alios ſub ſe Vaſſos habent, & qui homines boni generis a Carol. M. dicuntur *in Capit. ex L. Salica, Romana & Gombata c. 12.* Item majores natu & ſuperiorum natalium in ſynodis antiquis, majores perſonæ *in LLbus Burgundionum tit. 38. c. 4. vid. Sirmondi notas ad Capitul. apud Baluz. tom. 2. p. 786.* Et ut mancipia rectius a Vaſallis diſtinguerentur, illa homines deinde proprii dicta. Alia etiam poſtmodum exorta ſunt nomina, aut idem aut ſimile quid ſignificantia, Wildfangiorum vocabulum huc trahunt; licet hoc in præfatione vindiciarum a fœderatis Electoribus Principibus Statibusque, Palatino Wildfangiatui, Maximiliani primi diplomate potiſſimum innitenti, oppoſitarum in dubium vocetur. Dicuntur & manus mortuæ *Long. 2. tit. 34. l. 11. Admonitio Caroli apud Piſtas in Pithæi gloſſar. apud Baluzium tom. 2. p. 728. Capit. Caroli Calvi de ao. 865. l. C. apud Baluzium tom. 2. p. 198. & in Capit. de ao. 870. §. 8. l. c. p. 232, 340.* quia mortuas habebant manus, i. e. de rebus pro lubitu diſponendi nulla ipſis competebat facultas. *vid. Guid. Pap. deciſ. 312, 314. Choppinus de jurisdict. Andegavenſium lib. I. p. 262. p. 263.* Nonnunquam tamen manus mortuæ glebæ adſcriptitiis contradiſtinguuntur. *Chasſianæus ad conſuetudines. Burgundicas fol. 315.* De aliis manus mortuæ ſignificatibus *conf. Cangius in gloſſ. ſub voc. manus mortua*, & a noſtratibus leibeigene/ Halseigene/ eigene Königs-Leute/ arme Leute *in diplomat. Ruperti de ao. 1401. apud Schilter. in jur. publ. l. 1. p. 88.* improprie Unterthanen *Heid. in apologia Lindav. p. 326.* Variis, ut ſupra monitum, modis ſubibant ſervitutem, ſæpe ob paupertatem vel delictum *leg. Fris. l. 21. Marculf. form. 51. 135.* Hos aliquando litos dictos, docet *Lindenbrogius gloſſ. ſub voc. litus* Fiebant quoque ſervi alie-

nas

nas ancillas sibi matrimonio iungentes, *Cangius in gloss. tom.* 3. *p.* 838. & fœminæ servis nubentes ancillæ. *Capit. Lotharii* §. 13. 14. *t.* 2. *apud Baluz. p.* 332. *Capitular. anni*, 819. § 3. *apud eundem tom.* 1. aut se venditione servituti subdiderunt, aut redemtione huic vitæ conditioni additi sunt. *Capit. Lotharii apud Baluzium tom.* 2. *p.* 609. *Marculf. lib.* 2. *c.* 22. *formul. Sirmondica apud Baluz. tom.* 2. *p.* 473. *Henric.* 1. *Angliæ Regis leges c.* 76. *vid. Caug. in voc. capitalis, nativus, originarius, obnoxatio.*

(t) Seniori illustri, fiduciario obsequio, ad munus aliquod aulicũ obnoxii, cæterum liberi, dicti etiam ministeriales. *Bignonius ad formul. Sirmond. c.* 37. *& Cangius Gloss. voc. minister.* Hi sæpe ex primaria erant nobilitate *vid. dipl. de Vassis sive. fide addictis Eccles. Vltraj. apud Hedam.* Obiter notandum, ab aliquibus hoc diploma non Adelboldo, sed alicui sequentium Episcoporum tribui, quibus & ipse Heda accedit; licet antiquitatis nota ipsi derogari nequeat. Ad hanc classem Archiprincipes Imperii, quatenus Bambergensi Præsuli ad aulica ministeria seu officia fiduciario vinculo se tulere, referuntur *Gretser de vita & rebus gestis Henr. Imp.* Hoc sensu & in diplomate Hermanni Marchionis, quo cum conjuge Alberica in Banthensi castro principali ditionis suæ domum domino erigit, vox ministerialis accipi videtur, ubi dicitur: *Sic dotatam & fundatum Ecclesiam illam communicato cum ministerialibus & fidelibus nostris consilio. Magerus de advocatia armata c.* 5. *p.* 168. Solent & hi vocari nobiles & illustres Vasalli *Chron. Laurish. apud Freherum t. I. fol.* 78 *Heiderus in apologia Lindav. p.* 601. Servilis conditionis ministeriales, qui domi serviebant, dicebantur quoque non casati it: gasindi ex vocabulo Germanico Gesinde *Hert: differt. de Hominib. pr. sect. I.* §. 2. item familia *in diplomate Conradi de ao.* 1024. *in gestis Pontificum Leodiensium apud Anselmum Canonicum Leodiensem p.* 264.

(u) Colonos, qui & aliquando villarum ministeriales vocantur, *Charta Conradi ad annum.* 1145. *Pithæi glossarium apud*

Baluzium tom. 2. *p.* 729., servis esse annumeratos, quamplurimis veterum evincitur testimoniis. *Formula vetus apud Bign. p.* 197. *& de evindicatis colonis p.* 196. 201. 202. ubi francis & ingenuis opponuntur. Hinc a dominis vindicabantur, exemplum habetur apud *Flodoardum lib.* 2. *Histor. Rem. append. Marculfi* §. 3. *&* 4. *p.* 438 *apud Baluzium t.* 2. Servi vocantur in donatione Ecclesiæ Salisburgens. facta c. 8. Colonus servus ecclesiæ *apud Lindenbrogium p.* 1378. libertateque donabantur in testamento Remigii Remensis Episcop. *apud Flodoardum l.* 1. *Histor. Rem. c.* 18. libertatis tamen aliquam referebant speciem, igitur passim liberi dicuntur. *L. Boj. tit.* 23. 57. *tit.* 1. *c.* 14. *Langob. Alem tit.* 9. *chart. Carol. C. apud Cang. in gloss. tom.* 1. *edit. paris. p.* 1065. In diplomate quoque Ottonis, quod in Leuberi *disquisitione stapul. Saxon. n.* 1590. habetur, coloni servis opponuntur. Coloni aliquando servos, qui eis in exercendis agris opem ferebant, sub se habuisse videntur. *Quercetanus ad biblioth. Cluniac. p.* 3. Nec Coloni arva relinquere, invitis dominis, potuere, unde & casati *Matthaus de nobilitate lib. IV. c.* 23. *p.* 1072. *seqq.* Glebæ servi, mansionarii., *Cangius in glossario* & massarii id est, massæ seu prædio addicti appellati sunt. *Charta division. Imperii Carol. M. c.* 6. *Traditiones fuldens. lib.* 2. *trad.* 40. *&* 70. *Leg. Longobard. l.* 2. *t.* 32. §. 3. *lib.* 1. *t.* 2. §. 5. *c.* conditionarii *in Britonis philipp. lib. IV. v.* 568. *& ad illum Barthius p.* 294. Si hi prædiis in beneficium datis adhærerent, beneficiarii appellabantnr *leg. Longob. l.* 1. *t.* 9. §. 30. *Agobard. de jure & privileg. sacerdotii c.* 11. *Plur. Cangius tom.* 3. *p.* 836. & cum prædiis emtione aut alio justo titulo transibant *Miraus in annal. Belgic. fol.* 403. *Hund. in* kurtzen Auszuge *fol.* 404. *vid. chartam Ludovici apud Crusium in annal. Suev. p.* 2. *c.* 12. *fol.* 21. *& eam quam Heider. p.* 595. *ex Gretsero* affert: *Instr. de anno* 1205. *apud Hund. in metropol. Salisburg.* sub *sub Episcop. Ratisbon*: Donabantur tamen prædia etiam sine mancipiis. *Diploma Eberhardi Archiepisco-*

pi

pi Trevirensis apud Brovverum in annal. Trevirensibus lib. XI, p. 530. Denique addendum puto, privatorum mancipia, quatenus a fiscalinis & ecclesiasticis distinguebantur, etiam beneficiarios servos esse dictos. *Ludovici pii Cap.* 1, *c.* 1. *&* 3. *c.* 7. *apud Baluzium tom.* 1. *p.* 598. *&* 609. Sic patrimonium principis privatum nonnunquam beneficiatum, & dominicato seu domanio oppositum fuisse, conjicio. In diplomate Caroli Calvi apud Chapeavil in gestis Pontificum Tungrensium Trajectensium & Leodiensium *tom.* 1. *p.* 162. dicitur *mancipia insuper illa utriusque sexus, quæ in Tungris & Leodio residere & manere noscuntur, de quocunque nostro fisco sint aut ex dominicato aut beneficiato, universa eidem Ecclesiæ perpetualiter habenda & tenenenda.*

(W) Ministeriales ex nobilibus inferioris ordinis Dienstmannen/ Dienstleute/ *Heda in hist. Vltraject. p.* 117. *Freherus in Gloss. ad tom. I script. Germ. Hundius* in kurtzen Auszuge etl. Historischer *Observationen fol.* 404. Nobiles servi. *Monum. Wurtenb. p.* 147. Dicta etiam sunt mancipia, ut in concilio à Duce Tassilone apud Dingelvingam anno 772. celebrato *apud Velserum Rer. Boicar. l.* 5. *fol.* 310. *& in addit. ad metropol. Salisb. tom. I sub. rubr. Episc. Patav. fol.* 342. *& Brix fol.* 450. In confirmatione ComitumStolbergensium de anno 1254 quam refert *Ecstormius in Chronic. Walkenridensi, p.* 995. testes fuerunt milites Sifridus de Anten Præfectus, Fridericus de Brugge, Gerbodo de Steden, Berchtoldus de Bergo servi *vid. & fundat. monasteriorum Prufening vel Ponzeling apud Hund. in metropol. Salisburg. tom.* 3. *fol.* 121. *Heider. l. c. pag.* 591. Videtur tamen hic vocabulum servi in significatu improprio esse adhibitum, moris enim plerumque erat servientium vocabulo, ut honestiori eos compellari, licet diffiteri nequeam, in veteribus monumentis sæpe etiam servos stricte dictos ita vocatos. *Fundatio Alpispacensis in document. Wurtenberg. sub rubr. Alpenspach p.* 235. Germanice dicti Adelschalke, Knapen. *Mathæus de Nobilitate c.* 18, 22. *Wehnerus in voc.* Schalck

Hei

Heiderus in apologia lindav. p. 592. In hoc ſignificatu reperitur etiam in diplomate Chriſtiani Danorum Regis de anno 1460. res Slesvico Holſata reſpiciente, in quo etiam adhibetur vox Knechte. In variis, territoria illa concernentibus, privilegiis conventionibusque adhibetur vox Mannen ſæpiſſime Manſchop/ niſi dixeris, per hoc vocabulum Vaſallos quoscunque intellectos; frequens erat formula, Prælaten/ Ridderſchop/ Manſchop/ Steden/ quæ deinde adhuc ſub Chriſtiano IV. & Philippo Duce Holſatiæ in hanc Prælaten/ Ritterſchop/ Stådten und Ständen transmutata eſt. Chriſtiano veterem adhibitam adhuc invenio nempe an. 1590. Quod ſi itaq; per Manſchop miniſteriales intelliguntur, a veritate abhorret Hertii illud miniſteriales circa medium ſecul. XIV. deſiiſſe, aut potius ad Bavariam reſtringendum. Non tamen miniſteriales cum militibus, qui & ſæpe ex primaria nobilitate erant, & famulis confundendi. *Hertius de hominib. propriis ſect. IV. Schilter in jure publico lib.* I. *tit.* 7. §. *IV. Mathæus de nobilitate lib. IV. c.* 18, 21. *p.* 1060. Conſultum puto diploma ſequens Gerberti ex Baronibus de Stumpenhuſen, qui deinde in comitibus Hojenſibus defiere, hanc rem illuſtrans addere. "In nomine ſanctæ & „individuæ Trinitatis LIEMARUS DEI gratia Bremenſis „Archiepiſcopus omnibus Chriſti Eccleſiæq; fidelibus, tam „futuris, quam præſentibus ſalutem dicit. Noſſe volo „charitatem veſtram, qualiter quidem G. nobilis homo, filius GERBERTI de Stumpenhuſen qui in ſuperiori Chirographo continetur, quædam prædia Eccleſiæ noſtræ pro „emendatione quarundam culparum contradidit. Poſtea „non coactus, ſed ſponte ſua prædium quoddam Aſerbecke dictum, in pactione quadam eidem Eccleſiæ noſtræ in proprietatem dedit. Hoc autem habuit in pacto, „nobis laudantibus, ut fieret homo noſter per manus & acciperet de Camera noſtra VIII. Libras denariorum Goſlarienſium, & hoc ante pentecoſten illis diebus, quibus mer-

„mercatum apud Bremam habetur. Hanc etiam oblationem & voluntariam pactionem nos tunc laudavimus, „accepimus eum in hominem, beneficium dedimus, omnia ſecundum voluntatem ejus perfecimus. Hoc ſcire „volumus ſucceſſores noſtros hanc pactionem ſervari debere ſibi ſoli dum vixerit, non filiis ejus, non hæredibus. „Tradidit autem illud idem prædium in Bremenſi crypta „veteri ſuper altare, numero manſorum X. cum mancipiis, & ſicut mos eſt, cum areis ædificiis terris cultis & „incultis, quæſitis & inquirendis, cum molis, molendinis, „aquis, aquarumque decurſibus, pratis, paſcuis, ſylvis lignorum & arborum inciſionibus, & omni tali utilitate, „& eo jure, quo ipſe illud idem poſſederat & parentes ejus. „Aderant præſentes & hæ videntes multi ex Militibus eccleſiæ, Comes Ekkibertus, Atholfus ipſius frater G. Folebertus frater, noſter Marcellinus, Adſtabant de Servientibus Eccleſiæ multo plures Th. Villicus, Suiecko, Ecbertus Ramwort, Thietwid, Odico, Burchard Thiedheri, Athelbero, Conſtantinus Reinwardus. Facta ſunt omnia „legaliter; ſed his ita geſtis acceſſerunt amici noſtri, & „ſubmonuerunt nos, ipſum G. in poteſtate Ducis fuiſſe „eodem tempore, propter impietates & rapinas ac vaſtationes, quas fecerat in Ducatu, nihil autem poſſe facere „legitime nec dare nec accipere, niſi exiret de poteſtate „Ducis. Tunc nos Ducem Magnum in nativitate Domini „invitantes, pro eo interpellavimus, exoravimus exire de „ejus poteſtate fecimus, ut liber eſſet ex toto. Deinde cum „poſt tres ſeptimanas nos cum quibusdam Militibus eccleſiæ & ſervientibus quam pluribus ad villam Asbecke „proficiſceremur, & calcem ad Eccleſiam noſtram fabricandam pararemus, ipſe nobiſcum matre ſua, quæ tum „vivens erat, ejus hæres veriſſima, in villa Haſela, in domo „Poteſcalii Servientis noſtri, occurrit, traditiones omnes ex „novo fecit, & eorum prædiorum, quæ prius pro emendatione dederat, & ejus prædii, quod in hoc chirogra-

 pho

pho pro pactione beneficii dedisse eum apud Alarbecke "
commemoravimus, ipse eum chiroteca, sicut mos est, tra- "
dens hæc omnia prædiola, super crucem & reliquias no- "
stras ex novo dedit. EKKIBERTUS Comes in promisso Fr. "
Comitis, qui tunc erat Advocatus chirotecam abstulit. G. "
confirmationem digito, ut mos est Saxonibus, fecit ma- "
tre ejus confirmante, sicut justum erat: frater ipsius G. "
Atholfus præsens laudavit, quanquam ad eum laudare "
non pertineret. Ita Acta sunt legaliter, secundum o- "
mnem modum. Præsentes ibi fuerunt Comes EKKIBER- "
TUS Th. Advocatus, Anshelmus, Folckbertus Atholfus, "
Servientes autem EKKEBERTUS, Mathelinus, Burchardus "
Thiedericus, Athelbero, Reingotz, Reinward Constan- "
tin, Thiederic, Gerstrith, Rathard & alii multi. Et ut hæc "
ejus traditio & pactio firma sit & inconvulsa, in perpetu- "
um placuit nobis & sibi scriptum super hoc fieri, & bulla "
nostra signari in perpetuum testimonium earum rerum."
Nonnunquam tamen vox Milites idem cum Ministerialibus significabat. *In Diplomate Caroli M. apud Bruschium nullum de militari familia damnet* &c. *qui Militares vel alio nomine Ministeriales, optimo jure perfruantur. Pithœi Glossarium apud Baluzium t. 2. p.* 729. Fortassis hic intelliguntur Ministeriales Milites facti. Sic & famulus aliquando denotat etiam glebæ adscriptum. *Brovveri antiquit. Fuldensis lib.* 3 *Cap. XI. p.* 204. Ex Nobilibus Ministeriales regulariter nullis, quam Principibus erant obnoxii *Specul. Suevic. lib.* 1. *c.* 52. §. 3. *Heider. p.* 589. quibus in hominum propriorum numero fuere. Patescit hoc ex *Hundii* **Baierschen Stammbaum** *p.* 1. *sub. rubr. Rainer* **von** *Rain fol.* 304. ubi sequentia continentur. Es habe erst an. 1331. Albrecht von Steinach Richter zu Straubingen gegen Hertzog Heinrich den ältern/ daß er/ sein Weib und Kind/ ihm warten dienen und gehorsam seyn wollen/ wieder männiglich als eigene Leute/ ihrer rechten Herrschafft/ dagegen soll sie der Hertzog versprechen und beschirmen/ als andere seine eigene Leute/

mit allen treuen. Alia exempla *vid. apud eundem l. c. p. 2. fol. 223. & fol.* 104. Hujus argumenti est *charta vetus in privilegiis ecclesiæ Hamburgensis p.* 201. *Nos Henricus & Otto Milites fratres dicti de Bromstede renunciantes Nobilitati & libertati nostræ spontanea voluntate, facti sumus Ministeriales ecclesiæ Bremensi, facientes corporaliter juramentum, sicut Bremensis ecclesiæ Ministeriales facere consueverunt, jurantes nos ecclesiæ ante dictæ sicut Ministeriales perpetuo servituros, uxores nostræ, libri nostri jam nati vel adhuc nasciturі idem facient, quando prædictus d. noster Archiepiscopus vel suus Nuntius duxerit requirendos.*

(x) Plebejos quoque ad ministeria domestica adhibitos esse ex *Cangio tom. 3. p.* 837. apparet. *vid. & charta Ludovici Pii ad annum* 837. *apud Baluzium tom. I. p.* 687. *In leg. Longobard. lib. I. tit.* 5. *leg.* 4. *p.* 519. *apud Lindenbrog.* Servus ministerialis contradistinguitur Aldio seu servo alieno rustico *vid. & tit.* 8. *l.* 1. 2. 3. *ut & vit. Meinvverci* §. 122. *apud Leibnit. t.* 1. *p.* 563. *Schilt. ad I. F. alem. c.* 1. §. 20, 21.

(y) Liti, Lati, Liuti, *Præceptum Caroli Martelli apud Hedam Ludovic. Germanici Diploma apud Scat. lib.* 2. *p.* 144. *Annal. Paderb. p.* 158. Lassi nomen a laten lassen servare, aut potius dimittere, habent. *Eccardi not. ad catechef. Theodisc. p.* 140. *Mylii archeolog. Teuto apud Leibnit. in collect. Ethymolog. p.* 115. Exinde cum radix hujus vocis a lingua nostra porrigatur, violentum puto, hic a Lætis gentibus cum Cangio nomen Latorum arcessere. Dicuntur etiam Lidi, Leddi, Ledii *in pacto legis Salicæ tit. XIV. edit. Eccard. Si quis puer Regis vel Lidus ingenuam fœminam traxerit de vita* componat. *vid. charta, si serv. ingenuam traxerit apud Marculfum lib.* 2. *c.* 29. *tit.* 16. *l.* 4. *tit.* 38. *l. salic. l.* 6. *Si quis fœminam ingenuam culpa percusserit, sic ut sanguis non exeat, solvat solid.* 2. *si lida fuerit, solvat* 1. *& tremissem;* Item Leuti *Mabillon. de re dipl. lib.* 6. *c.* 68. *p.* 514. *Schaten. l.* 2. *annal. Paderborn. lib.* 2. *p.* 76. Lazi *in Ludovici Diplomate apud Schaten. lib.* 3. *annal. Pad. p.* 158. *& in Ludovic. Germanic. Diplomat. apud eundem p.* 160. Li-

dones *in Diplomate Ludovici Infantis de an.* 900. *Henrici I. de an.* 922. *Otton. de an.* 936. *apud Schaten. vid. plur. apud Potgiesser. lib. de condit. & stat. servor. lib.* 1. *c.* 3. §. 36. 37. Vocantur etiam nonnunquam Leudes *Cangius in gloss. tom.* 2. *p.* 258. *Spelman in Gloss. p.* 356. Quanquam plerumque vocabulum Leudis vasallum significet. *Decretum Gildeberti Regis de anno* 595. *apud Baluzium tom.* 1 *p.* 17. & quamplurima diplomata *apud Dubletum in historia Abbatiæ S. Dionysii. Pasquier recherches de la France lib.* 4. *c.* 7. *p.* 368. *Du chêne in historia Domus Montmoranci pag.* 45. ut & Aldi, Aldæ, Aldiones *Lex Longobard. l.* 3. *t.* 20. *Capit. Carl. M. d. ao.* 801. *c.* 6. *apud Baluzium: Aldiones vel Aldiana ad Jus publ. pertinentes ea lege vivant in Italia in servitute dominorum suorum, qua fiscalini vel liti vivunt in francia vid. & cap.* 20. *huj. Cap. & Capit. Carol. Imperator.* §. 26. *p.* 757. *Capitulare de anno* 813. 842. *Baluzius tom.* 1. *p.* 315. Litonis mentio fit *in Capitul. de ao.* 630. §. 18. *& de anno* 798. *c.* 37. §. 5. *Capitul. Pipini Regis Italiæ de anno* 793. §. 27. *De Aldionibus Palatii, non est nostra voluntas, ut homines placentini per eorum præcepta, de curte palatii illos Aldiones recipiant.* Idem habetur *in Capit. Carl. M. de an.* 793. §. 15. *L. Longobard. tit.* 8. *L.* 1. 23. *tit.* 30. *L.* 8. 9. *t.* 31. *L.* 1. alibique passim. Notandum tamen, Aldiones sæpe Aldiorum filios denotare. *Lindenbrogius & Cangius in Glos.* Quænam autem Litorum, quorum varias retulimus appellationes, fuerit conditio, non ita est in aprico. Quidam dicunt fuisse genus hominum deditiorum, & sic non raro in veteribus chartis & monumentis inter servos referuntur *Spelmanni Gloss. pag.* 370. *Litus servus dedititius, qui se pretio mancipavit*, huic sententiæ etiam subscribit *Lindenbrogius in Gloss.* atque hunc in finem leges veteres citat. *Albertus Stadensis ad an* 917. sequentia habet *plures autem se eis dedere proprios, qui ab eis vivere sunt permissi, & Litones sunt vocati.* Et cum hi plerumque se fisco permiserunt, atque deinde ad colendum rus sæpe adhibiti, nonnunquam fiscalini, sanctuarii & coloni di-

cti

cti *L. Longobard. lib.* 3. *t.*20.*Pithai Gloss. apud Baluz. p.* 686. *& Bignonium in notis ad L. Salicam p.* 833. *apud Baluzium tom.* 2. *gloss. interlinearis Thuanea Legis Salicæ t.* 14. Maximam tamen partem Liti pro libertis vinculo quodam adhuc dominis obnoxiis, ingenuis, colonis & servis contradistinctis accipiebantur. Hinc mancipia dicti, ut in charta Ottonis: *quadam nostri juris mancipia litam videlicet Thietsaidem dictam, cum filiis ejus & filiabus tradidimus*; & manumissi quoque sunt, ab operarum scilicet & obsequii ex servitute reliqui nexu, quo domino, qui & Senior dicitur *Capitul: Carol. M. de ao.* 813. 842. tenebantur, ut itaque huc quadret definitio, quam *Lindenbrogius in Glossario habet*; Aldius est libertus cum impositione operarum factus. Cumque penes Germanos inter servos & libertos non magna differentia, sæpe in servorum classem, ut dictum, sunt relati *Bignon. ad L. Salic. p.* 832. Opponuntur alias servis *in L. Frisicorum tit.* 15. *Capit. Carol. M. de anno* 789. *c.* 15. *Capitul. Ludovici pii de anno* 834. *apud Baluzium tom.* 1. *p.* 684. *Si litus fuit in ecclesia, ut inbaris generationis dimissus fuerit, tredecim solidos & remisso componat. Si servo fuerit factum duodecim solidos componat, si ancilla fuerit,* 12. *solidos componat, aut cum* 12. *medios electos juret, Capitul. Dagoberti de an.* 630. §. 27. *apud Baluzium t.* 1. *p.* 88. Atque Litorum in hoc significatu potiorem aliqua ex parte fuisse conditionem, quam servorum extra dubium *L. Ripuariorum t.* 62. §. 1. *Lex Saxonum tit.* 10. *Charta Ludovici Pii apud Henschenium ad vi. S. Anscharii. Stangenfoll in annal. Westphal. lib.* 2. *p.* 215. In diplomate Osnabrugensi, quod, nuper Dominus Eccardus, fictitium esse erudite docuit, Lidones servis opponuntur. *Monumenta Paderbornensia p.* 260. ubi habetur: *omne regulale vel seculare judicium super suos servos & Lidones & liberos, Malmann & Mundmann, & omnes* utriusque sexus *homines, vid. & diplom. Conrad. de anno* 1039. *& Henrici de anno* 1049. *&* 1059. *apud Pistorium tom.* 1. *in privilegiis ecclesia Mindensi datis.* Colonis opponuntur *in Diplomate Ot-*

tonis I. apud Goldastum in Constit. Imperial. t. 2. p. 43. & apud Leuberum in disquisitione planaria Stapula saxonica num. 1590.

§. V.

Et ne quid huic argumento inserviens intactum relinquatur, servorum ecclesiasticorum & fiscalinorum, qui & colendis agris ecclesiasticis & dominicalibus adhiberi solebant, mentionem quandam faciamus oportet. Sunt autem ecclesiastici ecclesiæ, fiscalini (z) Regis (a) mancipia. Denique præter sclavos aliæ adhuc servorum (b) Germanicorum (c) referuntur species, quæ tamen sæpe unius speciei diversæ potius appellationes, ab adjuncto aliquo desumtæ, sunt.

§. VI.

(z) Laicorum persuasio, beneficia Clero exhibita aut licentiam impune peccandi progignere, aut peccata commissa piaculi instar delere, largissima ei conciliavit munera, unde tot veterum traditiones, quibus mancipia quoque ad ecclesias ecclesiasticosque translata sunt. Dicebantur homines ecclesiæ Klosterleute / Gotteshausleute. *Diploma apud Hedam p. 53. Stumphii chron. Helvet. l. 3. c. 21. p. 2. p. 133. Crusii annal. Suev. p. 1. lib. 8. c. 9. fol. 212.* Tabulæ donationum ecclesiæ factarum, in quibus plerumque & mancipiorum utriusque sexus mentio fit, in infinitam fere multitudinem excrevere, quarum ingens numerus in traditionibus Fuldensibus, apud Dubletum D'acheri, Mabillon, Vghelli, Schaten, Hundium, Miræum Perardum aliosque reperitur. *vid. & Magerus de Advocat. armata c.* 7. *n.* 737. Unum aut alterum saltem addam exemplum. In Dagoberti diplomate *apud Doublet in historia Abbatiæ S. Dyonisii p.* 661. sequentia habentur*: quicunque mancipiorum sive servorum & ancillarum præfatorum Martyrum (Dionisii Rustici & Eleutherii) sive masculus sive fœmi-*

fœmina qualicunque pacto seu legitimo seu furtivo complexu prolem genuerit, ediderit, atque propagaverit, & tunc & semper absque participe vel divisore irrefragabiliter ad supradictorum sanctorum Martyrum potestatem cum omni prole sua revocentur, & lege mancipiorum sub præfati Abbatis & successorum illius Monachorum in jam dicto monasterio Deo servientium ditionem perpetualiter mancipentur. Diploma Carol. Martelli apud Hedam in histor. Vltrajectina pag. 29. *In tabulis donationum* quibus Gisala Caroli Magni soror Monast. S. Dionysiano multa prædia confert, habetur: *mancipiis, inquilinis, accolabus, libertis, servis tam ibidem oriundis quam aliunde translatis vid. & chartam Theudaldi apud Mabill. de re diplom. l. 6. p. 505. Vit. Meinvverc. p.* 42. 43. 44. 53. 109. *edit Overh. Diplom. Arnulfi de anno* 898 *Ludovici de anno* 903. *p.* 167. *Ottonis de anno* 950. *apud eundem. Diploma Heinrici II.* quo donat prædium Steim situm in pago Westfala in Comitatu Bernhardi Comitis, *apud Schaten. lib. V., Annal. Paderborn. quem confer quoque p.* 452. 453. 454. Conradus Frisingensi ecclesiæ anno 1040. inter alia donat: *curtem Alaris cum mancipiis utriusque sexus. vide & Henrici Dipl. de anno* 1052. *apud Hundium in Metropol. Salisburgensi part.* 1. *p.* 105. *& ejusd. Diplom. de ann.* 1057. *&* 1062. Neque in numero mancipiorum, quem *Capit. Lotharii c.* 1. *apud Baluz. t.* 2. *p.* 327. *præscribit,* substitere. Erant & ecclesiæ sui Ministeriales *Otton. IV. Diploma apud Brovverum t.* 2. *l. XV. annal. Trevin. vid. passim Schaten, aliosque Diplomatum collectores.* Mancipia autem ecclesiastica ad secularem servitutem non potuerunt trahi. *Capit. Ludovici II. de anno* 867. §. 12. *apud Baluzium injustum videtur & impium, quæ fideles viri seu fœminæ pro remedio animæ suæ Deo & sanctis ejus consecrarunt cujuscunque muneris pretii vel commutationis commercio, iterum in secularem servitutem redigantur, cum canonica autoritas servos fugitivos tantum distrahi permittat.*

[a] Hi ad fiscum Regem vel dominum spectabant. *Cangius in Gloss. t, I, p.* 455. *t.* 3, *p.* 836. *Burchard. cas. monast. S. Galli c.* 7. *In capi-*

Capitul. Carol. M. de anno 801. *c.* 8. habetur: *ubicunque intra Italiam ſive regius ſive eccleſiaſticus vel cujuslibet alterius hominis ſervus fugitivus inventus fuerit, à Domino ſuo ſine ulla annorum præſcriptione vindicetur.* &c. *In Capitular. ejusdem de ann.* 803. *c.* 15. *ut homines fiſcalini ſive coloni aut ſervi in alienum dominium commorantes, &c.* Eratque horum ſervorum præ reliquis prærogativa quædam. Unde Litis æquiparantur *in Capitul. Carol. M. lib.* 3. *c.* 16. Enimvero potuerunt teſtamenta facere. *Aimoinus de geſtis Francorum lib.* 3. *c.* 56. *p.* 325, atque liberæ, quæ ſervis fiſcalinis nubebant, liberæ manebant. In Fiſcalinorum numerum aliqua ex parte referri poſſe videntur Judæi, qui ſervi Cameræ dicuntur. Variisque conditionibus per leges Imperii coarctantur. Hodie non ſolum Imperatori & Electoribus, ſed omnibus illis, qui ſuperioritate territoriali gaudent, ſubſunt. *Vitr.* J. P. *lib.* 3. *tit.* 17. *n.* 82. *ſeqq.*

[b] Slavi in captivitatem redacti, ex retorſionis quaſi jure, ſub duriſſimam agebantur ſervitutem, & haud dubie majores noſtros captivos ſub duriori habuiſſe ſervitute reor, quia hoſtilem animum adhuc circumferre videbantur. Quo factum, ut Slavorum nomen tandem in mancipiorum converſum ſit ſynonimum. *Witekind. lib. I. Goldaſt. de Regno Bohemiæ l.* 2. *p.* 183. *edit. Schminckii*, qui, poſtquam de bello inter Germanos Slavosque monuerat, addit: *Et fortuna plerumque Germanis favebat, ut victos & captos Slavos in miſerrimam ſervitutem abducerent, per Europam diſtraherent, ad operaque publica deſtinarent. Hinc nota eſt illa vulgaris loquendi formula, qua non Germani modo, ſed plerique Europæi etiam utuntur, ut Slavos pro ſervis & mancipiis in communi ſermone uſurpent.* A ſervis colonisque ex Teutonibus miſeriæ ſuperiori gradu, ut monitum, diſtinctos fuiſſe arbitror. Opponuntur Slavi ſervis in diplomate Ludovici Germanici *apud Hundium in metropol. Salisb. tom.* 2. *& in diplom. Otton. ex planaria diſquiſitione Stapul. Saxonicæ ſupra citato*, colonis & litis. In diplomate quoque ſequenti, cujus

jus pars quædam imperfecte edita est in Lunigii Teutschen Reichs-Archiv der andern continuation dritten Fortsetzunge p. 345. mancipia Teutonica & Slavonica a se invicem distinguuntur. "In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Otto Dei gratia Rex, noverint omnes „fideles Dei, præsentes sc. & futuri, qualiter nos pro re„medio animæ beatæ memoriæ Domini patris nostri „Henrici Regis, & pro incolumitate Dominæ matris no„stræ Mathildæ Reginæ, nec non pro statu & incolumi„tate regni nostri, nostrique delectæque conjugis no„stræ Adelheidis Reginæ, nostrique dilecti filii Ottonis „jam primo anno Regis, instinctu & monitu Willichelmi „Sanctæ Moguntinæ sedis venerabilis Archiepiscopi, „omnem regionem, rem pagumque, vocatum Neletice, „omnemque utilitatem in eo manentem, urbem vide„licet Giviconsten cum Salsugione ejus, ceterasque ur„bes cum omnibus ad eam pertinentibus, aquis salsis & „insalsis, terris cultis & incultis, mancipiis Teutonicis & „Sclavonicis, mancipium etiam vel Burguuardum urbis „Zpuitneburg in pago Nudhici cum omnibus ad ean„dem urbem jure & legaliter pertinentibus, tale quoque „prædium, quale Huodo in beneficium habet in pago „Helmingouune, in Comitatu Willihelmi Comitis, in „locis Breidinge & Bernardesroth cum omnibus ad ea „pertinentibus. Taleque prædium quale Adalbertus „Comes in Comitatu ipsius in pago Nortthuringorum „in locis sic nominatis, Dunensteti, Fiahitungum Waz„zeresdal, Adinge cum omnibus ad ea pertinentibus, „ex nostro jure, in jus & proprietatem beati Martyris „Christi Mauritii ad Ecclesiam Magdeburg. in honore „ipsius constructam, liberali munificentia transfundi„mus & donamus, & Rectores ipsius ecclesiæ absque ul„la retractatione liberam potestatem omnium prænomi„natorum locorum habeant, ut res ecclesiasticas suis u-

„ fibus adjungendi. Et ut hoc noſtræ munificentiæ do- „ num firmum & ſtabile permaneat, hoc præſens præ- „ ceptum conſcribi, & annuli noſtri impreſſione ſignari „ juſſimus, quam & manu propria ſubtus firmavimus.

Signum Domini Ottonis Magni & invictiſſimi Imperatoris Auguſti.

(d) Peculiarem operam, circa ſervorum Germanicorum diverſas ſpecies exponendas, Potgieſerus adhibuit, qui tamen ex diverſis unius ſpeciei cognominibus, ab animi aut corporis vitiis, quæ plerumque ſervis ineſſe ſolebant, petitis, diverſas eorum ſuppoſuit ſpecies. Sæpe etiam a miniſteriis appellabantur. Sic autumo *in Diplomate Henric. de ann.* 1057. *apud Hundium in Metrop. Salisburg. tom.* I. *p.* 102. per Parſchalcos, Sindmannos, Hengiſturtos, ſervos officiis diſtinctos denotari.

§. VI.

Germanorum ſervi licet forte non tam ſæve habiti (e) quam mancipia Romana, multis tamen calamitatibus ærumnisque obnoxii (f) Dominis inſtar rerum erant, atque ab illis pro lubitu alienari (g) vindicarique (h) potuerunt, etiam ex Nobilitate Miniſteriales (i) ſæpeque exercendis agris deſtinati ſub duro gemebant Villico (l).

§. VII.

(e) Suadent hoc Taciti *de Germania c.* 25. ſequentia: *Verberare ſervum ac vinculis & opere coercere rarum. Occidere ſolent non diſciplina & ſeveritate, ſed impetu & ira ut inimicum, niſi quod impune.*

(f) Poſtquam luxus & ambitio Germaniam noſtram magis magisque invaſit, ſervi magis contemtim ſæveque habiti,

habiti, nec jugum eorum, ex quo gens noſtra Chriſto nomen dedit, lenitum. Coloni enim æque ac alii ſervi fruſtuario coercebantur & flagellis *l. Burgund tit.* 39. §. 3. *Capit. Carol. Calv. tit.* 9. *p.* 2. *c.* 9. *tit.* 12. prorſusque aliorum hominum conſortio indigni habebantur. Hinc pariter ac Romanorum ſervi a caſtris arcebantur, & ſi quis auderet illa ſequi, haſta ipſi in dorſo frangebatur. Spectant huc quæ in *libro Legum Iuticarum vulgo* Lowbock *part.* 3. *c.* 2. habentur. Matrimonia arbitrio domini ſuberant, a quibus ſæpe poſterioribus temporibus virginitatis delibatio certa mercede redimebatur *Keisler antiq ſelect. Septentr. & Celtic. p.* 484. *ſeqq.* Non tamen puto hunc canonem præciſe jus mortuarium conſtituiſſe, quod univerſalius fuiſſe cenſeo, quam ſpurcum illum cenſum. Nam non ubique olim domino in ſervæ corpus hoc jus competiſſe reor.

(g) Nonſolum ſervi permutabantur, ſed & venum ſunt expoſiti. Venditionis formulæ extant *apud Marculfum lib.* 2. *form.* 22. *Labbeum tom.* 2. *miſc. p.* 493. Solebat donatio vel venditio ſervorum in præſentia Epiſcopi vel Comitis fieri. *Capit. Carol. M. de anno* 779. *c.* 19. Nefas autem reputabatur, illos Judæis aut Gentilibus vendere. Bonifacius in epiſt. ad Gregor. Papam graviter conqueſtus, quod ex Germanis Neochriſtiani mancipia ſua gentilibus in victimas venderent, a Pontifice reſponſum tulit *apud Baron. ad an.* 731. *hoc ut magnopere corrigere debeas frater commendamus, nec ſines fieri ultra, ſcelus enim eſt & impietas. Eis ergo, qui hoc perpetraverunt, ſimilem homicidæ judices pœnam.* Sed huic malo ſolus Bonifacius mederi impar fuit. Itaque Synodum Libtinæ ſub Carolomanno an. 743. convocari oportuit, in qua conſtitutum, ne mancipia Chriſtianorum paganis traderentur; Pertinet huc lex *apud Goldastum Antiq. Alam. t.* 2. *fol.* 52. *præcipimus generaliter, ut mancipia Chriſtiana Judæis aut Paganis non tradantur, Conf. Pithœi Gloſſarium ad libr. Capit. p.* 527. *t.* 2. *apud Baluz.*

 (h) *Ca-*

(h) *Capit. Carol. M. de anno* 801. *c.* 8. nullaque hic obtinebat annorum præſcriptio. *vid. Cangium tom. I. p.* 1065.

[i] Permutationi venditionique Miniſteriales etiam obnoxii erant. *Hundius p.* 1. Beyerſchen Stammbaum *p.* 252. *Hertius de hominibus propriis ſect. IV.* §. 6. Atque tranſibant cum Comitatibus, Dynaſtiis, arcibusque, quibus adſcripti erant. *Hund. in Metropol. Salisburgens. tom. I. ſub Epiſc. Ratisbon. p.* 281. *Monumenta Paderborn. p.* 227. Hinc Miniſteriales ſæpe Burgenſes dicti, quia Burgis adſcripti. *Transactio Ducis Conradi, cum fratribus ſuis Ducibus de Brunsv. de anno* 1266. qua inter eos convenit, ut Conradus ad clericatum redeat. Sic & *in transactione inter Henricum & Albertum fratres de Brunſvic. de anno* 1286. Burgenſes vocantur. In compoſitione Archiepiſcopi Moguntini, Sifridi, qui ſacri Imperii per Germaniam Archi Cancellarius & Procurator dicitur, cum Ottone Duce Brunsvicenſi ſuper Advocatia in Hilgenſtat de anno 1289. memoratur, quod Otto Dux donationem, Eccleſiæ Moguntinenſi anno 1233. factam, confirmet, vi cujus Moguntinenſi Archipræſuli inter alia *decem Miniſterialium inter mares & fœminas inter Rhenum & Wiſeram eligendi dati erant.* In conventione Imperatoris Ottonis Brunsvicenſis cum Marchione Miſniæ de anno 1212. hic in fidei pignus tredecim filios Miniſterialium ſuorum dat, & ſi promiſſum non ſervaretur, liberam Imperatori confert facultatem, de ipſis obſidibus faciendi, quod ei placuerit, *& erunt in eo ſtatu, qui vulgo* verſegelt *dicitur.* Tenebantur obſtagii jure pro domino ſuo. *Compoſitio inter Ottonem Imperatorem & Ludovicum Ducem Bavariæ de anno* 1212. Vindicabantur quoque *Hundii* Bayerſcher Stammbaum p. 2. p. 104. & mortuo Miniſteriali ex ejus hereditate rerum mobilium præcipuum, ad exemplum alior. mancipiorum, præſtabatur. *Hert. l. c.* §. 8.

(l) Villicus in generali ſignificatu latinis præfectum denotabat. unde *Cicero in oratione pro Plancio* Magiſtratus vocat reipublicæ Villicos, quem ſequitur *Juvenalis* Sat. 3.

Pega-

Pegasus attonitæ positus modo Villicus urbi,
Nam sic latentibus obstat.
Villicus & veteris Romæ contexit hiatum.

Hanc significationem & habet *in l.* 1. *Wisigoth. l.* 1. *t.* 6. *l.* 8. *tit.* 9. *l.* 9. *capit. lib.* 6. *tit.* 120. *Lindenbrog. p.* 1495. Germani in hunc sensum adhibebant suum Meier / de cujus vocabuli origine *vid. Ludevvig. de jur. client. Germ. p.* 352. Vnde die Meier von Heidelberg *apud Stumphium t.* 2. *p.* 142. Meier von Höchsteden *p.* 129. Meier von Reitenau *p.* 244. von Riedheim p. 147. &c. In strictiori significatu illum, qui rationibus rusticis, fructibus percipiendis, universoque operi rustico præpositus est, significabat. *Heider. in deduct. Lindaviens. p.* 842. Hunc ex mancipiis interdum lectum, ex diplomate Henrici de anno 1107. *apud Cheapevil. in Gest. Pontif. Leod. tom.* 2. *p.* 45. constat. Sæpe etiam administratio monasteriorum œconomica in feudum conferebatur *Stumph. in Chr. Helv. p.* 133.

§. VII.

Germanorum mancipia (m) variis libertatem perfectam (n) aut imperfectam (o) consequebantur modis, quorum potiores sunt manumissio (p) in Ecclesia, (q) per chartam (r) & per denarium (s).

(m) Ministeriales manumittebantur quoque. *Specul. Saxon. lib.* 3. *art.* 8. *Hundius* in kurtzen Auszuge Historisch. observation. wann diese Ministeriales durch die Herrschafft gefreiet / seynd sie liberi oder liberiores genandt worden / haben alsdann mögen dienen wem sie verlangt / aber die andern allein ihren Herrn / davon vermuthlich der freyen Herren Stand entsprungen. *Hertius* opinatur, ex hac manumissione reliquum esse, quod Principes pueros Nobiles colophone e ministerio dimittere & gladio donari solebant,

ant, quamquam &, hunc morem a nonnullis *ex l. fin. C. de emancip. liber.* deduci, fateatur.

(n) Manumiſſionis perfectæ aut directæ effectus erat eundi quocunque vellent. *Formula apud Marculfum l. 2. c. 32, 33. 34.* In teſtamento Billongi Epiſcopi Veronenſis ann. 858. *apud Vghellum: ut ambulandi liberam habeat licentiam.*

(o) Imperfectæ manumiſſi ſaltem libertatis umbram conſequebantur, manebantque in obſequio & ſervitio Domini, Formulam habet *Marculfus lib. 2. c. 3. vid. & Cangius l. c.* Hi erant, qui ledilia continebant, & Lidi, ut monitum, dicebantur, atque ab aliis agricolis diſtinguebantur. Apud Hennebergios Rhoram Fuldenſis Eccleſiæ monaſterium uno terrarum diſtrictu agricolas numeraſſe Lidos 8. Servitores 78. Saxones 18. Slavos 75. Colonos 30. Tributarios 39. *Brovverus lib. 3. antiquit. Fuld. p.* 208. Nonnunquam etiam integræ communitates manumittebantur. *Vide Diploma Guilielmi Abbatis Beati Dionyſii in Francia ejusque loci conventus,* in quo, *homines de corpore,* id eſt glebæ adſcripti, *de villis in Garenni ſcilicet de villa nova de Ginevillari, de Aſneriis &c. manumittuntur a foris maritagio, capitigio & ab omni alio genere ſervitutis, quocunque nomine cenſeatur, in perpetuum abſolvimus &c. non remittimus tamen ei reverentiam & alia obſequia, quæ ratione patronatus à manumiſſis manumiſſoribus jus exigit exhiberi. Doublet l. 3. p.* 907. *& p.* 847. habetur *charta Suggerii Abbatis ejusdem argumenti. Plur. Cang. Gloſſ. voc. Manumiſſio t. 2. p.* 413. 414.

[p] *Vide Cangium in Gloſſ. Hachenberg diſſ. 2. §. 22. ſeqq. Potgieſerum l. 3. c. 1. Meinerſen diſſ. 3. de manumiſſionibus & redemtionibus hominum propriorum.* Ubi varii manumiſſionum enarrantur modi. Solebant propter nativitatem filii Regis manumitti *Form.* 39. *apud Marculfum*, ubi tres homines ſervientes in utroque ſexu in unaquaque villa juſſu Regis ſunt manumittendi, & *lib. 2. c.* 52. Citant quoque hunc in finem *Gregorium Turonenſem lib. 6. c.* 23. ſed ille ſaltem de captivorum relaxatione, cum Chilperico filius naſceretur,

lo-

loquitur. Ceterum Domini feudales in Francia, inconsulto Domino superiore, servos manumittere non potuerunt. *Nus vavasors ne gentyhomne puet franchir son home de cors en nule maniere sans l'asentement du Baron, ou du chief Seigneur selon l'usage de la cort laie. Stabilim. S. Ludovici l.2. c.34.*

(q) Consuetum erat has manumissiones ad altare vel circa altare fieri, manumissique plenam adipiscebantur libertatem. Multa egregia hic habet *Cangius. Vid. quoque Form. Select. libr. 1. p. 17. seqq. t. 2. p. 417.* Manebant tamen in Mundeburde Ecclesiæ *Potgiesser l.3. c.2.* §.8.

(r) Manumissio per chartam etiam manumissio per scripturam, tabulas sæpe testamenti, & libellum, unde tabularii *Cangius l. 2. p. 419. Baluzius ad Capt. tom. 2. p. 1077. Chartularii Capitul. lib. 6. apud Baluz. p. 960. §. 213. Qui per chartam aut per hantradam ingenuus est, & se ille foris demiserit, tunc ille leodis in domicum veniat, & suis peculiariis traditum jam dicto domino non fiat. Capit. 3. Anni 713. apud Baluzium tom. I. p. 512. vid. & Capit. 3. apud Baluzium p. 760. & Chartam ex Veteri Codice Bibliotheca Regia descriptam apud Baluzium tom. I. p. 395.* Hi integram non solebant consequi libertatem, sed sub conditione operarum aut census pecuniarii manumittebantur, unde hi præcipue conditionales dicti sunt.

[s] Hæc manumissio fiebat coram Rege & Fidelibus ejus, excusso de manu servi vel jactato denario, quasi illo libertas redimeretur. *Form. Marculfi lib. 1. c. 22. & qui apostolicus aut inluster Vir ille servo suo nomine illo per manum illius in nostra præsentia jactante denario secundum legem salicam dimisit ingenuum. Conf. & appendix. Marculfi form. 24. apud Baluz. tom. 2. p. 449. & form. 46. Pithai Glossarium p. 690. tom. 2. Baluzius & Bignonius ad Leg. Salicam p. 839.* In diplomate Ludovici de anno 906. *apud Guilimannum de rebus Helvetia l. 2. p. 239.* habetur, *quia nos rogatu Purucharti dilecti Comitis nostri, quendam proprium servum nostrum, Johan nominatum, in præsentia fidelium nostrorum per excussionem denarii de manu illius, juxta legem Salicam in elemosynam nostram liberam dimisimus.*

ſimus. *Bignonius ad formulas Marculſi p.* 905. obſervat, cum hujus capitis Legis Salicæ *tit.*28. mentio injiciatur, illudque tamen non extet, plura haud dubie Legis Salicæ fuiſſe capita, quam tum exſtabant. Ejusmodi manumiſſus homo denariatus vel denarialis dicebatur. *Capitulare Dagaberti de anno* 630. *c.* 57. §. 4. *Capit. de anno* 803. §. 8. atque plerumque plenam accipiebat libertatem *Cangii Gloſſ. t.* 2. *p.* 421.

§. VIII.

Neque ſervitutem in Germania jam penitus ſublatam (t) putaveris, ſed in hominibus propriis (v) in territoriis nonnullis durantibus, ut & in ruſticis plerisque (w) aliqua ex parte continuari, quod ex iis, quæ de ſtatu ruſticorum Germaniæ amplius dicturi ſumus, magis eluceſcet.

§. IX.

(t) *Conring. in exercit. de urbib. German.* §. 87. poſt annum Chriſti nonagenteſimum deſiiſſe: Verum huic ſententiæ calculum adjici non poſſe, oſtendit *Hertius de hominib. propriis*, cum & ab illo tempore eorum paſſim adhuc in diplomatibus & chartis fiat mentio. Notat *Spangenberg in chron. p.* 110. Secul. XII. in Saxonia quamplurima ſuperfuiſſe mancipia. Imo & Secul. XIII. adhuc duraſſe ex variis Pontificum decretalibus conſtare, ut & veteri Inſtrumento Eccleſiæ Petrinæ Leodienſis de anno 1250, ex *Molano de Canonicis c. XXX.* notat *Gudelinus de jure noviſſimo l.* 1. *c. IV.* atque circa finem circiter Seculi XIII. ſervitutem in Belgio & plerisque aliis locis finem habuiſſe, arbitratur. *Bodinus lib. I. de republ. c.* 5. *ann.* 1250. ſervilem conditionem ubique exoleviſſe, autumat, ſed ne hoc quidem de Francia aſſeri poteſt. Non ſolum enim *Cangius t.* 2. *p.* 414. affert diploma Philippi Pulchri de anno 1302. in quo Magiſtro G. de Cilliaco præcipit certum ſervorum numerum manumittere, accepto ab iis liber-

libertatis pretio, sed & Ludovici Hutini de anno 1315. quod & in spicilegio d'Acheriano *tom. XI. p. 386, 387.* reperitur, ex quo sequentia referre consultum puto. *nous considerons, que notre Royaume est nommé le Royaume de francs, & veillans, que la chose en verité soit accordant au nom, par la deliberation de notre grand conseil avons ordoné & ordenons, que generaument par tout notre royaume de tout comme il puet appartenir a nous & a nos successeurs tels serviteurs soient ramené a franchise* &c. Hertius, sensim illud in Germania & maxime sub Suevicis Imperatoribus contigisse, opinatur, posteaque in chartis non servorum, sed hominum propriorum nomen reperiri; cui accedunt, qui anno 1212. Friderici II. tempore servos non amplius repertos affirmant. Ast ut sileam, in hominibus propriis, maximam partem servilis sortis superesse, hujus sententiæ veritati obnituntur, quæ *Teschenmacher in annalibus Cliviæ* memoriæ prodit, quod Otto Cliviæ Dux anno 1307. prohibuerit, ne homines servilis conditionis Ecclesiæ Santensis in aliorum oppidorum Clivensium cives adscriberentur. *Vid. & Dipl. Caroli IV. apud Hedam p. 248.*

(v) Hominorum propriorum conditionem in Westphalia, Pomerania, Hassia, Mecklenburgo, Holsatia, Prussia, Polonia alibique non æque mitiorem esse, licet alibi mollius, alibi durius habeantur, recte rem contemplantibus facile constabit; *Winkelman Chr. Hassiæ p. 369. Micralii Annal. Pom. L. 4. p. 550. De territ. Brunsf. conf. Constit. Henrici de ao. 1433. apud Scot. p. 48. seqq.* atque nonnullis in locis Domini, licet jurisdictionem altam non habeant, in homines suos proprios vitæ & necis jus exercent, quod in Prussia & Polonia non infrequens esse novi. Conjicio tamen tandem moderatiores Germanos ex sua potissimum Gente Christianos servos habere, sibi dedecori putasse, & sub hominum propriorum nomine, mollius quid forsan suadente, ex hostibus captos tantum aut ære redemtos gentiles, a Christianismo de-

inceps quoque abhorrentes, huic vinculo destinasse; sive ex gente devicta aut alio sibi titulo subjecta, quos in paganismo erroribusque pertinaces videbant, sibi aut fidelibus suis in homines proprios constituisse, videntur. Et cum gentes illæ, ubi homines proprii supersunt, aut seriora plerumq; cum infidelibus habuerint bella, aut ChristianiPrincipes illis præfecti partem aliquam antiquorum sacrorum tenacissimam rexerint; unde servorum conditio penes eos continuata, quam deinde licet & mancipia nonnunquam in nomen saltem Christianorum concederent, ob insigne ex illa lucrum remittere supersederunt.

(w) Rusticorum præcipue sortem passim a mancipiorum fortuna non ita procul abesse, candidiores quique fatentur. *Domini Thomasii huc* collimant, quæ *in diss. de hominib. propriis* habet. *Porro videtur jurisdictio patrimonialis nobilium in rusticos nihil aliud esse revera, quam antiqua illa potestas dominorum in servos seu homines proprios & libertos, parum a servis differentes.* Ex quo suspicor, & in Polonia agriculas Kmetonum, mancipiorum alias nomine venire, imo & deinde ad oppidanos ignobiles ex seculi vitio extensum. *Hartknoch de republ. Polonia l. 2. c. l. §. 1.*

§. IX.

Operæ itaque pretium duximus, missis jam anterioris ævi agrestium sortem concernentibus, quæ de statu rusticorum nostri temporis, ejusque, qui ad nos propius accedit, notatu digna comperiri potuimus, contemplationi nostræ adhuc subjicere. Rara autem erunt territoria, ubi exacte antiqua rusticorum status distinctio retinetur. In Episcopatu tamen Hildesiensi (x) ad minimum vestigia quædam ejus exstare arbitror. Et terræ Brunsvicensis (y) aliæque Germaniæ z) statu discrepantes quoque complectuntur agrestes.

(x) In

(x) In præfectura Steurwaldensi dantur familiæ liberæ Freydings Höffe / quarum possessores vocantur Freymannen / & habent libertatis conservandæ curias Freydings Gerichte / de quibus in capite de judiciis agetur. Sunt & familiæ Litonum Meyerdings Leute und Höffe / quæ & suas habent curias, ut & familiæ colonorum geistliche / adliche / und Herrn Meyer / qui jure perpetuæ coloniæ vel simplicis locationis rustica administrant prædia, Erbpächter oder jährliche Pensionarii, qui quoad jus status ab iis, qui præfecturis Principum subsunt, non distant. Horum quos æque ac Lassitica Curmedicaque prædia tenentes originem suam servili conditioni debere, Dominus *Strubius de jure villicorum* probatum ivit. Nec ut dubium cuidam superesset, in territoriis illis Saxoniæ, hodie inferioris voce venientis, servos quoque extitisse, nonnulla testimonia ex domesticis advocat scriptoribus Faciunt huc, quæ in Diplomatibus *Verdens. & Bremens. apud Stat. in Hist. Westph. p.* 505. *&* 514. reperiuntur, quorum tamen fides æque ac Diplomatis, quo Carol. M. Lothusam in pago Brabant, Ludgero donavit, *Scaten. in Hist. Westph. p.* 601. nuper etiam celeberrimo Eccardo in vindiciis censuræ diplomatis Osnabrugensis adversus Nunninghium suspecta visa est. Mentio servorum quoque fit in Diplomate *Henric. IV. de anno* 1062. quo Adelberto Hamburgensis Ecclesiæ Archiepiscopo curtem suam *Liestmuone in Comitatu Marchionis Udonis in pago Wimodi sitam* donat *cum universis appendiciis hoc est utriusque sexus mancipiis* &c. Idem habetur in confirmatione hujus donationis, aliarumque præcedentium Imperatorum, Carol. M. nempe ejusque successorum, a Friderico Imperatore anno 1158. Hartwigo Ecclesiæ Hamburg. s. Bremens. Archiepiscopo facta. In descriptione fundationis *Monasterii Rheinhusani ab Hermanno Comite de Winzenburg* instituti, *a Reinhardo primo Abbate* circa annum 1100. conscripta, Litonum & Ministerialium mentio fit. Sic & in Diploma-

 te

te Lotharii Saxonis Imperatoris, quo *Monasterio Riffenbergensi* donat *villam Bennicherod.* &c. mancipia quoque traduntur. In Diplomate Adolphi, quo ecclesiæ cathedrali Halberstadiensi anno 1295. jus eligendi Episcopos confirmat sequentia continentur *una cum teloniis ac monetis & regio banno in utrisque locis tenendis & accipiendis & regalem Heribanum super milites, liberos & servos ejusdem Ecclesiæ & nostræ præceptionis regia autoritate præfato Episcopo & ejus Ecclesiæ suisque successoribus denuo donamus atque confirmamus, præcipientes similiter Regio jussu ut nullus judex publicus seu qualibet judiciaria persona ejusdem sedis Litos ac Colonos seu quoslibet viros ad ipsam sedem variis modis inquisitos vel adhuc inquirendos, quolibet modo distringere audeat, sed maneat ipsius loci Episcopo facultas propria, quæ de his juste voluerit, faciendi.* Non tamen colonorum in hac Saxonica gente vetustioribus temporibus, omnes ex servis sumti, liberi etiam conductitia, sub certis pensionibus, prædia habuere. Consultum puto, hanc in rem sequens Diploma subjungere. " In nomine Sanctæ & individuæ Tri„nitatis Patris & Filii & Spiritus Sancti Adalbero Dei „gratia Hamaburgensis Archiepiscopus omnibus Christi „fidelibus salutem in perpetuum, quisquis sapit, rem suam „sic affectat, agere, eoque confirmationis seu molestiam „super hac à quoque in antea sustinere. Quapropter & „testes idonei convenienter causis agendis interesse cen„sentur, & de gestis privilegia diligenter conscribuntur „per quæ tam futuris, quam præsentibus, quæ sunt acta; „perpetuo legenda, firmiterque tenenda traduntur. No„tum igitur sit omnibus turbæ fidelium, tam nunc, quam „in perpetuum qualiter & nos & Domina Ducissa Ger„trudis, & filius ejus Henricus puer Dux Saxonum una „cum fideli nostro Alberto Marchione illustri Principe, „paludem Australem, sc. villis istis Sandau Ströbilings„hausen/Dehtmünde Haßbergen/ conterminam, æqua inter „nos portione divisimus, & ab omni tam Nobilium, quam

„quam Ministerialium seu ruricularum appellatione li-
„beram factam, habitatoribus excolenda dedimus, melius
„& utilius existimantes, colonos inibi locari, & ex eo-
„rum nobis labore fructum provenire, quam incultam
„& pene inutilem eam permanere. Erat autem hæc no-
„bis cum colonis illis conventio, ut quotquot ibi Mansi
„habeantur, totidem nobis a possessoribus eorum quo-
„libet anno denarii persolvantur, quo prædium non
„suum sed Ecclesiæ & nostrum esse, profiteantur, & de-
„cimam frugum & porcellorum, & anserum, avium &
„caprum, atque apum examinum, secundum usum ter-
„ræ nostræ, dare non negligant, sed & poledrum dena-
„rio & vitulum dimidio redimant. Concedimus etiam,
„ut ad honorem DEI Ecclesiam sibi construant, constru-
„ctæque prædium, quo sacerdos ibidem Missas celebran-
„do, baptizando, mortuos sepeliendo, ministraturus se
„pascat, conferant, & in Synodalibus, quem eis provide-
„rimus, Rectorem habeant. In placitis vero secularibus,
„eum, quem sibi præficimus, audiant, & defunctis pa-
„tribus, tam filiæ, quam filii eorum allodia pari divisio-
„ne suscipiant. Tribus etiam annuatim diebus ad pla-
„cita sui advocati, ex condicto veniant, & bannum pro
„quolibet suo commisso, tantum quatuor solidis redi-
„mant. Si quis ad nos liber intraverit, & se sicut est,
„liberum professus fuerit, libertate sua, si velit, utatur,
„sin autem, nisi prius relictis bonis, nequaquam alius
quam Ecclesiæ proprius fieri permittatur, si vero alius se
„servum fecerit, prædio suo careat, & ad usum Archi-
„episcopi illud absque contradictione perveniat. Simi-
„liter qui venerit, & se servum esse non negaverit,
„hæres ejus in suscipiendo matrimonio illi succedere
„poterit, qui si defuerit Dominus ejus a suscipienda hæ-
„reditate sua omnino exclusus sit, sed Archiepiscopus
„illam accipit Porro qui cum sit servus, se liberum esse
„jactaverit, & in hoc mendax probatus fuerit, ad domi-
„num suum cum supplectile propria, si repetitur re-

„vertatur, & terra quam habuit, ad Archiepiſcopum ſi„ne repenſatione pretii redigatur. Si quis ancillam, al„terius, niſi Eccleſiæ duxerit, hæreditas illius filiis ac fi„liabus ſuis non provenit, ſimiliter & fœmina quamvis „libera, ſi alicujus viro proprio, niſi Eccleſiæ, nupſerit, „quia ſe quoque ſervituti obnoxiam fecit, viro ſuo ad„hæreat,& prædium Eccleſiæ relinquat; præterea ſi aliquis „prædia ſua, ut ſæpe neceſſitatis cauſa fit, vendere velle „contigerit, primum Archiepiſcopo, ſi ſicut alius com„parare velit, exhibeat, quod ſi noluerit Archiepiſcopus, „alii cuilibet emere licebit, attamen & quod is, qui ven„didit annuatim debuerit, & hunc ſolvere poſt modum „oportebit. Ne quis autem poſterorum ipſorum hanc „conſtitutionem noſtram in toto vel in parte frangere „vel deſtruere præſumat, paginam hanc conſcribi & Si„gilli noſtri impreſſione, inſigniri & teſtium nomina „ſubſcribi juſſimus. Hæc ſunt nomina teſtium Adal„bertus Præpoſitus Bonifacius Præpoſitus, Lutfredus „Præpoſitus Capellani, Otbertus. Hartivicus, Peregri„nis, Gertrudis Duciſſa & filius ejus Henricus Dux, No„bilis Egilmarus, Comes Gerbertus, Comes Thetmarus „de Wimodia, Adolfus, Henricus Thidericus, Zuthar„dus, Everhardus Gerlacus, Bernhardus Ludolfus Mi„niſteriales, Luiderus Advocatus, Theodoricus & Thie„dericus, Hatbertus, Gerungus Willo, Egelcertus, Albe„ro, Hildewardus, Arnoldus, Udo, Werno, Dudo, Chri„ſtianus, Gerwardus. Anno incarnationis Domini Mill. „Cent. XLII. Indictione V. Anno Dom. Conradi Regis „VI. Anno vero Domini Alberonis Venerabilis Hammen„burgenſis Archiepiſcopi XX. Actum Breme III. nonas „Septembris, Amen Amen.

(y) Receſſu Ducat Luneb. de anno 1392. & theſis noſtra corroboratur. Desglicken ſchullen der Prælaten und Männer derer Geſinde/ Meyer/ edder egen Lude/ noch eres einiges guth hindern/ erder beſetten um Schuld/ man hebbe ſe

erſt

erst vor öhrem Herren verklagt. In resolutione Statibus provincialibus Hojensis Comitatus anno 1697. data habentur. Meier halbmeier/Egger und andere Köhter (Cosaten) accedunt et his aliquando ii, qui Heuslinge vocant, qui in Ducatu Brunsvicensi absque consensu magistratus sub trium florenorum pœna recipi non possunt. *Ordin. provincial. art.* 22. quam constitutionem saluti rei publicæ convenientem puto. Sub larva enim ejusmodi hominum sæpe magni nebulones quoque a laboribus abhorrentes & prostibula latitare solent. Quem in finem in *Recessu provinciali de anno* 1601. salutariter constitutum, illos qui nulli operi aut operæ se addicunt instar mendicantium eliminandos esse. In hoc Ducatu rustici potissimum distinguuntur in Voll und Halbmeier/ qui & alia nomina habent, quæ recensit *Engelbrecht de operis rusticorum* §. 26. ut & in Handfröhner / Köter Kotsassen; item Brincksitzer & Hintersätler Gandersheimischer Landtages Abschied *de an.* 1601 §. 29. *Fritsch de jure pagorum c.* 8. *thes.* 7.

(z) In Holsatia alii rusticorum liberis accensentur, alii sunt in proprietate Dominorum. Illi in quadruplici sunt differentia 1) Höffner 2) Köters 3) Bodeners 4) Insten. primi unum mansum vel Hubam, ut vocant, secundi dimidiam, tertii tertiam partem, ultimi vero nihil possident, neque proprias, sed alienas ædes, certa mercede soluta, inhabitant, unde iidem cum inhabitantibus, qui Heuslinge vocantur, esse videntur. Ante enarrati jam facultates suas proprio jure tenent. Proprii vero homines in plena quasi sunt proprietate Dominorum, qui certo respectu de ipsis eorumque bonis pro lubitu disponere possunt. In terris tamen, quæ Marschländer dicuntur, alia est ratio. Ibi enim certum canonem annuum Domino solvere obligantur, præter quem ei ad nihil tenentur, nisi quod ipsius Dominium & judicium agnoscere obstricti sint. In Ducatu Meclenburgico Rustici

§. X.

Quanquam jam in quamplurimis Germaniæ provinciis ruſtici aut homines proprii ſint, aut non multam ſupra illorum ſortem: In Oſtfriſia (a) tamen hodie Imperii Principatu ad exemplum Suecorum (b) olim etiam Danorum (c), Statuum provincialium jure utuntur. Imo cum in Diætis territorii Magdeburgici & Halberſtadienſis provincialibus Clerus & Nobiles, plerumque ſe jungendo, majora facerent, in deliberationem venit, annon & ruſticis ſuus eſſet conſtituendus Syndicus (d).

§. XI.

ſtici in liberos & proprios dividuntur. Utrique in plenos volle oder gantze Bauren / & ſemi plenos halbe Bauren/ Kotſaſſen/ qui dimidium ſaltem agrorum, quibus pleni utuntur, habent; certum tamen, cum homines proprii nihil proprii habeant, iis diviſionem in plenos & ſemiplenos non niſi improprie competere.

(a) Friſia, olim a variis Dynaſtis, qui Grietmanni ſive Haubtlinge vocati, poſtea a Comitibus, qui in Ulrico Sircena Dynaſta Grietzylenſi, a Frideric. III. per Diploma deanno 1453. confirmato, *Ravinga Chronic. Friſ. pag.* 31. initium ceperunt, recta, jam vero Imperii Principi ex Diplomate Ferdinandi III. de ann. 1654. parens, habet Status provinciales, Nobiles, Civitates & Ruſticos. *Receſſus provincialis Nordenſis de anno* 1620. *art.* 91. Comparent in Comitiis provincialibus per Deputatos, quorum requiſita modusque illos conſtituendi, in dicto Receſſu indicantur, gaudentque voto deciſivo. *Conf. quæ acta in conventu Auracenſi anno* 1600. Autor collectaneorum, qui ſub Hiſtoriæ Oſtfriſicæ nomine nuper comparuerunt *tom.* 1. *l.* 1. *c.* 9. *p.* 170. ante motus inteſtinos

nos rusticos in numero Statuum Provincialium non fuisse, existimat; occasionem itaque, ut rustici deliberationibus de Reipublicæ negotiis accesserint, turbas sub Ezardo II. præbuisse, ubi motuum auctores agrestibus, quod hoc jus olim eis competierit, inspirasse ait, atque injuria eo privatos, tempusque adesse commodum, ad antiquum redeundi statum. Quibus deinde suasionibus facile morem gessisse dicuntur, atque tandem eo rem pertigisse, ut ab Ennone, post Edzardi mortem, ad diætam provincialem, quæ Embdæ celebrabatur, vocarentur: verum huic asserto obstare videtur, libertas illa peculiaris, qua hæc gens ab antiquo gavisa est *vid. diploma Sigismundi de anno* 1417. *Constantiense, ut & fœdus inter Status provinciales ad locum, qui Ubstalsbom in terra Auriacensi dicitur, anno* 1430. *initum.* Neque ab iis conventibus agrestium, libertate gaudentium, Deputati exclusi sunt. Sicut enim in partem onerum, sic & in partem regiminis haud dubie venire voluerunt. *Ravinga chronicon Ostfrisiæ p.* 11. Spectant huc, quæ habet *Emmius l.* 21 *Hist. Fris. plebi rustica sua jura, a majoribus per manum accepta constabant.* Sic & *in recessu provinciali Embdano de anno* 1590. *d.* 24. *Maji privilegia Statuum* Hochober altes Herkommen appellantur. Edzardus II., rusticorum qualitati Status provincialis adversans, non tam monuit, eis hoc jus antiquitus non competiisse, quam lapsu temporis illud amissum esse. Habent etiam rustici jus, conventus peculiares instituendi, de iis, quæ in Comitiis provincialibus tractari debent, aut etiam de rebus Præfecturam, sub qua sunt, spectantibus deliberatum. Quod si vero res aggerum (Teich- und Schleüs-Sachen) sub examen vocandæ, non nisi sciente Præfecto convenire queunt. *Georgii Christiani speciales concessiones tertio Statui die* 5. *Octobris* 1663. *facta. Hist. Fris. tom.* 2. *pag.* 419.

(b) *Loccenius in antiquitatibus Sueo-Gothicis cap. IIX. ruricola una cum ceteris Regni Ordinibus, etiam nunc in omnibus Comi-*

 mi-

mitiis peculiarem habent sessionem, suaque vota & suffragia. Quo fit, ut nullus Status sit contemtui, neminique bono & honestatis amanti patriæ civi per suas virtutes ad eximios honores & dignitatis gradus perveniendi via præclusa sit. Bureus in *descriptione geographica & politica Sueciæ pag.* 21. *edit. Elzevirian. L' etat present de la Suede p.* 105. *Histoire des revolutions de Suede tom.* 1. *p.* 21.

(c) *L' etat du Royaume de Dannemarc. c.* 6. *p.* 54.

(d) Nec hoc absonum fuisset, ut puto. Placent, quæ *Loccenius* l. c. huc facientia habet. *Quamvis enim eorum* (agricolarum) *status infimus sit, majorem tamen incolarum partem constituunt, & in pace pro patria arant, serunt ac metunt, in bello pro eadem pugnant, eoque illorum ratio hic quoque habenda esse videbatur.* Magnum solatium miseris, in publico Ordinum consessu & suarum rationum ærumnarumque sortem exponere posse. A provinciis subsidia promtius corrogari poterunt, si non ab invitis, sed in rem communem consulentibus exiguntur. Sed quid in plerisque *Germaniæ* provinciis Statuum provincialium hodie axioma sit? *non est, crede mihi, sapientis dicere.*

CAP. II.

DE RVSTICORVM POSSESSIONIBVS.

§. I.

POssessionum varietas, ex titulo, quo prædia & fundi habentur, fluit: Habent autem possessiones suas agrestes aut jure plane proprio, cujus naturæ sunt censitica; vel partim suo, partim alieno, ut sunt bona emphyteutica, feuda, & subfeuda, in quibus illis utile tantum competit dominium; vel jure plane

plane

plane alieno, quo referunt bona, quæ lassitica, curmedica, landsidelia, bona solidorum, majoratica sive villicorum dicuntur.

§. II.

Possessiones, quæ pleno jure rusticorum sunt, ita ut de iis, in quantum leges & pacta (a) hoc patiuntur, pro lubitu disponere queant, censitica (b), ut dixi, complectuntur bona & libellaria, (c) quæ sæpe cum emphyteuticis confunduntur (d). Equidem non ignoro magni nominis JCtos (e), penes illum, cui census præstatur, aliquod esse dominium, statuentes: verum, cum omnis qualitas essentialis dominii, & quidem tota sit apud census hominem (f), ab illorum sententia discedere cogor.

§. III.

(a) Solent enim reditus & operæ, quæ debentur, pactis definiri, atque sic ex obligatione personali onera illa proficiscuntur.

(b) Sunt autem illa, quæ ad aliquem cum pleno dominio sub certa quadam pensione, quæ census aut reservativus aut constitutivus dicitur, spectant. *Leiser jus Georgic. l. I. c. XVIII. Carpz. p. 2. const. 3. Stryck examen J. Feudal. c. 2. quæst. 26, 27 aliique ab illo in V. M. l. 6. tit. 3. §. 4. & Franskio de laudemiis pag. 221. citati.*

(c) Etenim per contractum libellarium, de cujus requisitis necessariis *Stryk in examin. J. Feud. c. 2. q. 29.* agit, plenum dominium transfertur, quæ potissima est ratio, qua à contractu emphyteutico, cum quo alias similitudinem habet, differt, non autem scriptura. Videtur namque ex *l. 1. C. de jure emphyteut.* constare, contractum emphyteuticum, æque ac libellarium, scripturam requirere.

 No-

Notandum tamen, in consuetudinibus feudorum Longobardicis libellaria prædia eadem cum emphyteuticis esse. *Leiseri jus georgicum l* 1. *c.* 16. Huic autori cum aliis, libellaria bona cum colonariis sive villicanis Meyer-Güter vel landsidelia eadem esse, asserenti adstipulari non possum. Utrorumque enim naturam recte contemplanti contrarium manifestum erit.

(d) *Colerus de processu executivo p. I. c.* 12.

(e) Horum numero sunt *Franzkius de Laudemiis c. X.* 65. *seqq. Schilt. p. I. exercit.* 16. §. 84. Sed illi falso nituntur præsupposito, bona censitica rusticorum omnia qualitatem habere feudalem, transferrique per modum investituræ. Non enim extra Saxoniam investitura in transferendis bonis censiticis consueta esset solet. Porro investitura non est adjunctum necessarium feudorum, aut bonorum aliquid ex eorum qualitate habentium. Quamobrem in territoriis Germaniæ, etiam Saxonicis, contrariam sententiam in praxi receptam, veritati magis convenientem arbitror. *Klock. p.* 2. *cons.* 47. *n.* 5. *Kohl. de servit. feudal. c. ult. n.* 27.

(f) Hinc censuarius pro lubitu alienat, nec ille, cui præstandus census, protimiseos jure gaudet, neque censum intra debitum tempus non solvens boni censitici privatione mulctari potest. Et hæ sunt differentiæ specificæ, quibus ille ab emphyteuta & vasallo differt. *Rauchbar. quæst.* 22. *p.* 2. *Molinæus ad consuet. Parisiensis* §. 73. 64. Censum tamen in signum clientelæ exsolvit, cujus varia sunt genera. Notus est census, quem Germani Rutscher Zinß appellant: æquitas vult, ut hic census ob moram non singulis diebus duplicetur, sed unius saltem census augmentum habeat.

§. III.

Possessionum rusticarum, quæ in minus pleno habentur dominio, primo loco posuimus bona emphyteutica

teutica Erben Zinß Güter; sunt autem illa res immobiles (g) sub certo canone, (i) & meliorationum lege, in dominium utile (l), collatæ.

§. IV.

(g) Quævis hodie prædia, etiam cultiora, non autem urbana, sub emphyteusin cadere, sunt, qui putant. *Perez. ad C. de Jur. Emphyteutic. n. 3. Leyseri jus georgic. l. l. c. XV. n. 7.* verum, cum urbana quoque meliorationes admittant, in iisque dominium utile constitui possit, non video, quare hæc sint excludenda.

(i) Canon ille, qui cum meliorationibus in signum est dominii directi non competentis, pecuniam, aut alias res quotannis plerumque præstandas complectitur, soletque fructus notabiliter superare; unde pensio æquans fructus pro locatione in dubio præsumtionem excitat. *Valasc. de jur. emphyteut. quæst. I. n. 9.* Quodsi vero canon ille intra certum tempus, de quo infra in cap. de præstat. docetur, non solvatur, neque apochæ publicarum functionum præstentur, emphyteuta judicis ope à prædiis emphyteuticis expelli potest, *nulla ei imposterum allegatione nomine meliorationis, vel pœna opponenda, neque prætendente, quod super hac causa non est inquietatus, cum neminem oporteat conventionem vel admonitionem expectare, sed ultro sese offerre N. 120. c. 8. auth. qui rem C. de SS. eccles. l. 2. C. de jur. emphyteutico.*

(l) Habent hoc commune cum superficie, quæ in alieno solo est sub pensionis pacto Paul. *l. 21. ad edict.* & cum feudis, a quibus in aliis discrepant. *Lauterbach ad tit. ff. de superficebus. Stryck. exam. Juris feudal. c. 2. quæst. 25.* & differunt eo tam a bonis in perpetuam conductionem datis Erb-Pacht-Güter / quam aliis rusticorum infra ponendis. In jure perpetuæ conductionis nec dominium utile ad colonarium transire, *D. Ludevvig de jure clientelari Germanorum pag. 191. seqq.* probavit, & ad argumenta con-

ta contraria respondit. Arbitror, Romanorum agros vectigales cum conductione hac idem, aut non ita diversum retulisse. Nam *Paulus l.* 21. *ad Edictum* vectigales agros ad Rempubl. municipia, colonias aut civitates spectantes vocat, qui in perpetuum locantur, eosque contradistinguit non vectigalibus, qui ad tempus habebantur conducti. Interim negari non potest, agros publicos vel communes sæpe etiam ad modum privatorum esse locatos. *vid. Hyginum de conditionibus agrorum in volum. Autorum rei agrariæ pag.* 205. Denique distincta quoque sunt bona emphyteutica à bonis usufructuariis *Stryck. in V. M. pand. lib.* 7. *t.* 1. §. 3. & ex mente Schilteri, qui in testem advocat Vadianum, a bonis Ehrschazicis sive laudemialibus. *Confer. ejus differt. de bonis laudemialibus.* §. *XII. seqq.*

§. IV.

Rusticorum quoque sunt bona Seniori, fiduciario obnoxia vinculo, quæ in feudorum (m) aut subfeudorum (n) numero sunt. Viennæ in bibliotheca Cæsarea Carol. M. inventarium Regni Longobardici Reichs-Zahl-Buch asservatur, in quo investituræ rusticorum memorantur, sic & rustici Longobardici apud Roncalias in Curia universali Reichs Lehn-Hoff feudorum capaces declarati sunt. Porro apud Mediolanenses etiam rusticum feudum cum curia vendebatur, 2. feud. 43. §. 1. (o) Imo in Saxonia (p), atque Regni Germanici parte Suevica (q), ut & apud exteros Germanorum consanguineos (r) similis feudorum subfeudorumque est praxis.

§. V.

(m) Enimvero nihil est in contractu feudali, quod rusticorum qualitati morali aut physicæ repugnet. Neque hodie à servitiis repelluntur militaribus.

(n) Cum

(n) Cum feudorum capaces ſint agreſtes, quidni & ſubfeuda illis obtingere poſſent? Nam inter feuda & ſubfeuda nulla fere differentia, quoad qualitatem conſtitutivam, quam quod illa a domino directo, a quo primario pendent, hæc vero à domino intermedio, qui à ſuperiore, ſub lege fidelitatis, collata illa habet, recognoſcantur, & ſic in his duplex quaſi exoritur nexus. Nec huic aſſertioni obſtare poſſunt, quæ contrariam amplectentes ſententiam proferunt: hac ratione fore, ut domino deterior vaſallus ſubſtituatur. Etenim hic non reſpiciendum ad qualitatem illam, quæ Nobilibus aut aliis præ ruſticis prærogativam aliquam ratione æſtimationis conciliat, ſed ad aptitudinem, fidem & obſequia, quæ contractus feudalis requirit, domino præſtandi, quæ in ruſtico æque ac Nobili eſſe poteſt. Deinde vaſallus per ſubinfeudationem à nexu, quo domino tenetur, non liberatur, quapropter huic ex tali ſubinfeudatione nullum enasci poteſt detrimentum.

(o) Habemus itaque textum, ex quo, feuda ruſtica penes gentem aliquam Longobardicam duraſſe, apparet. Neque igitur *Leiſero in Jure Georgico l.* 1. *c.* 27. aſſerenti, in jure communi feudali nullum de feudis ruſticis invenire veſtigium licere, ſubſcribendum; plerumque autem olim excluſos, ut monui, quod ſervilis conditionis, vel ad ſortem eorum proxime accedentes, ab armis corripiendis arcerentur. Nec militi ſine voluntate domini alii, quam militi, qui domino ſimiliter ſervire potuit, id, quod in feudum acceptnm, conferre licuit. 2. *feud.* 34. §. 2.

(p) Spectant huc Saxonum prædia ruſtica Schultetorum, quæ plerumque feudalia ſunt, *teſte Leiſero in jure georgic. l.* 1. *c.* 27. *pag.* 137. *vid. & Schilter in diſſertat. de Landſasſiis*, quæ habetur inter exercitationes *ad ff. p.* 446. Nec ejusmodi feuda in territorio Brandenburgico incognita eſſe, ibidem p. 136. *Leiſerus* docet. *vid. quoque Mulleri praxis civilis Marchica reſolut.* 71. *n.* 18, 19. *Kohl declarat. conſtit. march.*

von

von Erbfällen zwischen Eheleuten *quæst.* 20. *n.* 43. Ex consuetudine ad filium natu minorem pervenit, nisi domino aliter placuerit. In Brunsvicensium territoriis rustica feuda aut subfeuda esse, ex constitutionibus hanc rem concernentibus, ut & re ipsa constat. In Clivia Dienstmans-Lehnen feuda rustica contineri arbitror. Sunt enim illa feuda, pro quibus non servitia equestria, sed vulgaria præstari solent. *Rhetii diss. de feudis Cliv. vel Zutph. more concessis* §. 60. *Jung. Coccei disser. de eo quod justum est circa rusticos in feudis* Sed in Pomerania feuda ad rusticos perveni- re nequeunt, vid. *Micralii chr. Pomeran. lib.* 6. *p.* 453. quoniam ex hominibus propriis plerumque sunt. Ceterum hominibus liberis Pomeraniam ulteriorem, & duas præfecturas Polonicas Pomeraniæ subjectas, Lauenburgum & Butoviam inhabitantibus, quos Micrælius l. c. p. 451, in chartis antiquis famulos dici testatur, subfeuda concedebantur; affectabant tamen hi similem cum Nobilibus conditionem. De homonymia vocabuli famuli supra quædam notavimus, quibus addi potest diploma Otton. I. quod *Fontanini in appendice vindiciarum antiquorum diplomatum pag.* 259. *ex autographo Maffejano affert.*

(q) Nec Sueviæ Ducatuique Juliacensi rurestria deesse feuda, *Falckner in diss. de eo quod justum circa rusticos in materia feudal. cap.* 3. §. 1. docet. Suevorum autem prædia, quæ Schupff-Lehn/ a natura feudorum, quam hodie habent, maximopere esse degenerantia, illaque majorem cum precaria convenientiam habere, arbitror. *Besold. in thes. pract. voc.* Schupff-Lehn. *Stryk in exam. juris feud. c.* 2. *qu.* 31. *Conf. Schottelius de singul. & ant. in G. jur. C.* 18.

(r) Galli æque ac Angli sua habent feuda rustica. *Coutumes de la prevoté & Vicomté de Paris avec des notes de Ms. Moulin &c. p.* 68. *Coutume du baillage de Sens chapit. des fieds & profits feudaux. De Anglorum feudis rusticis conf. Cook. Inst. juris Anglic. p.* 27. *Land Lords lovv l.* 1. *c.* 1. 2.

§. V.

§. V.

Sunt autem rusticorum feuda ignobilia, nec rusticus feudum nobile acquirens, Nobilitatem consequitur, (s) feudum tamen manet nobile, æque ac feudum ignobile sortem illam retinet, licet à Nobili teneatur.

(s) Hoc & in germanica ita observatur praxi, nisi ille, qui facultatem conferendi nobilitatem, habet, cum prædio illam specialiter concedat. *Wurmſ. de feud. improp. claſſ. 2. ſect. 1. n. 52.* Idem obtinet in Gallia. *Les roturiers & non nobles acceptans fiefs nobles, ne seront pour ce annoblis, ny mis au rang & degré des nobles, de quelque revenu & valéur qué soient, les fiefs par eux acquis. Ordonances Royales sur le fait de la justice & abbreviation des proces, faites par le Roi Francois premier, Henry II, Charles IX. & Henry III, art. 258.*

§. VI.

Possessionum vel detentionum rusticarum, quæ jure plane alieno & conductionis tantum titulo haberi dicuntur, (t) primo loco lassitica bona, ductu magnorum virorum, (u) recensere constituimus. Dicuntur autem illa prædia, quæ sub certa pensione (w) rusticis permittuntur, (x) ad arbitrium locantium revocabilia. (y)

§. VII.

(t) Dominus de Ludwig opinatur, olim lassitica, cur medica bona & landsideliam unius plane fuisse instituti, varietatem autem illis tractu temporum inditam, ex variis territoriorum, ubi locum habent, moribus & legibus; sed æquis rerum æstimatoribus haud dubie constabit, hanc assertionem conjectura tantum inniti. Hodie sane inter illa bona, prout compertum habemus, non levis est differentia.

(u) Horum nonnullos recenset *D. Ludvvig de jure clientelari Germanor. sect. 3. c. 5. p. 228.* Fatendum tamen, aliquibus

in locis bona lassitica fere cum emphyteuticis coincidere. Imo in *Melchioris Martingii tractatu MScpto, cui titulus*: Laten-Gerichts/ des Amts Wintzenburg Recht und Gewohnheiten/ sequentia referuntur: daß die Lat-Güter ihrer Natur nach Erb-oder Erben-Zinß-Güter/ die doch à vero domino utili pro lubitu, wan nur die Aufftracht und Verlassung für öffentlichen Laten-Gerichte geschiehet/ alieniret und veräussert werden können. De convenientia horum bonorum cum aliis clientelaribus, & quomodo ab iis discrepent, atque unde conjiciendum, an sint hujus an vero alterius naturæ, *vid. Ludvvig l. c. p. 261. seqq.*

(w) Ad D. Ludwigii statuentis, in bonis lassiticis mercedem fructibus respondere, sententiam accedere non possum. Nam in antedicto tractatu illius asserto hæc refragantur: daß der Guhts-Herr der Latgüter vom Morgen Acker Lat-Guhts mehr nicht als 2. Himbten Korns / halb Rocken und halb Habern / und vom Morgen Hoffes/ Garten oder Wiesen Wachs/ eines so viel zu Zinse zu nehmen befuget / und darzu den dritten Parth von Acker für die Braack den Meyer decurtiren lassen müsse / also in effectu die Braack ungekürtzet $\frac{2}{3}$ Himbten Rocken und $\frac{2}{3}$ Havern &c. nec absque commoda interpretatione admittendum, in rebus nauci canones emphyteuticos consistere. Sic &, cum facultas illa, quam lassi in bonis suis habent, ad heredes transmittatur, proprie nec usufructuarii nec usuarii dici possunt.

(x) Certum est, multa hisce bonis inesse, quæ Romanorum locationis & conductionis contractus non admittit. Latis enim bona sua oppignorare & vendere licet; olim in præfect. Winzenb. nec consensus domini prædialis requirebatur, quod tamen per constitutionem de anno 1654. mutatum, ut est in *protocoll. judic. latorum fol.* 43. Sic de his annis per pacta dotalia & testamenta disponi potest, &, si illa non adsunt, ab intestato succedunt liberi, ex legitimo thoro procreati, & post illos superstes conjux, & tandem proxima cognatione conjuncti. *protocoll. judic. lat. præfect. Win-*

Winzenb. fol. 47. 48. 76. Non itaque hic obtinet, dominum lassi hæredem aut cohæredem esse, licet & alicubi jus mortuarium locum habeat.

(y) Neque ubique ad nudum domini placitum revocabilia esse conjicio. Nam in cit. *prot. fol.* 14. tum saltem domino facultas expellendi colonum, conceditur, si canonem quotannis non solvat. Porro latus jus suum præscriptione amittere potest. Hanc in rem libellus manuscript. supra citat. sequentia continet: Wan Lat-Guht von einem Laten und dessen Erben 10/20/30 oder mehr Jahr/ ausser Krieges Unruhe für das ihrige ruhig ersessen worden/ so kan solches nach so langen Jahren/ und nachdem der Besitzer oder dessen Erben es verkaufft/ und einem andern für offen Laten Gerichte ohne Wiederrede oder Einsprache aufgetragen und verlassen/ von einem tertio für das seinige nicht besprochen oder angefochten werden. Neque puto, huc trahendam subtilitatem juris Romani, possessionem prædii locati plane abrogantis conductori. Enimvero ad explicanda patriæ jura Romanorum placitis & apicibus non est inhiandum; imprimis, cum tot rerum argumentis evinci queat, lassiticorum bonorum qualitatem constitutivam locationis ex mente Romanorum cancellis circumscribi non posse. Denique lassitica bona, lapsu triginta vel quadraginta annorum, si in singulos annos certus uniformis canon est solutus, naturam perpetuæ coloniæ adsciscere dicunt. *Leis. jus georg. lib.* 1. *c.* 21. *p.* 117. Quanquam aliis temporis durationem, in se rerum naturam mutare non posse, largiar; interim id moribus aut legibus in nonnullis territoriis est receptum.

§. VII.

Bona curmedica (z) solent describi, quod sint ejusmodi naturæ, ut, mutato possessore eorum, novus colonus investituram accepturus: (a) jus mortuarium,

 quod

quod Curmede vocatur, exſolvere teneatur. D. Ludwig generaliorem adhuc habet deſcriptionem: dicit nempe illa conductitia prædia, (b) unde conductor locatori nexu quodam clientelari (c) tenetur.

§. VIII.

(z) De vocis origine ſolicitus eſt D. *Ludwig circa initium c. 6. de jure Germanorum clientelari. vide & Schottel. de ſingularibus & antiquis quibusdam in Germania juribus p. 59.* Quod nomen habeat a Köhren / eligere, exinde quoque manifeſtum eſt, quod jura mortuaria ab Hägermannis in territoriis Brunsvicenſibus præſtanda, Köhren vocentur. Dari autem in Germania ejusmodi bona, de præfecturis aliquibus Hanov. *Leiſerus in J. G. l. 1. c. 17. De Ducatu Brunſv. Stuck in exercit. Juſt. p. 1. dec. 8. aſſ. 6. lit. e de Haſſia Stam de ſervitute perſonali c. 22. n. 7. de Ducatu Juliacenſi Schottel pag. 58. de Suevia Cruſii annal. Suev. l. 10. c. 11. fol. 575.* teſtantur. Appellant inde nonnulli bona quaſi feudi-emphyteutica. *Schottelius p. 58. Leiſeri jus georgic. l. 1. c. 17.*

(a) Hoc vocabulum refert *diploma Henrici II. apud Bruſchium de monaſteriis Germaniae p. 78. In diplomate Carol. IV. apud Hedam pag.* 248. habetur: *Quod quotiescunque inter Epiſcopum Trajectenſem, qui pro tempore fuerit, & ceteros eccleſiarum Prælatos & eccleſiaſticas perſonas, ibidem ex una & homines ſervituti obnoxios colonos aut quoslibet alios eorum debitores, ſuper ſolutione cenſus, ceræ, pecuniæ, veſtium, equorum, pecorum & jurium vulgariter Curmede &c.* Hujus vocis etiam mentio injicitur *in diplomate Gerhardi Comitis Gelrenſis & Zutphanienſis apud Pontanum in hiſtoria Gelrica p. 130.*

(b) Probatio, quam D. Ludwig habet, curmedica bona eſſe conductitia, non videtur omni exceptione major. Argumentum enim ab etymologia philoſophi non æque validum putant. Ejusdem tenoris eſt a ſynonymis JCtorum Belgicorum deſumtum. Imo ipſe fateri neceſſum habet, ſimplicem conductionem ab ea, quæ audit curme-

curmedica, differre, quod & jura illa, quæ ipſe de bonis curmedialibus profert, ſat manifeſtum reddunt.

(c) Non equidem ſcio, an Goriſius ita impegerit, curmedos hominibus propriis accenſendo. Nam curmedi æque ac homines proprii, ſub lege, mercedis annuæ, glebæ ſunt adſcripti, affinitas certe non levis inter eos eſt. Leviorem puto diſtinctionem, inter perſonas & ſervos prædiorum. Utrique enim nec de terris, quas colunt diſponere, nec illas invito domino deſerere aut ſe aliorſum conferre poſſunt. Deinde non addita ratio, quare curmedi ad colonorum indolem magis accedant, quam homines proprii. Olim, ubi plenus mancipiorum ſtatus durabat, ſervi quoque in Germania colonorum ſæpe implebant ſortem. Sic & ſunt territoria, ubi, ſi non mollius, non durius tamen habentur. Nec veritati absque limitatione conveniens, homines proprios ad angarias & parangarias infinitas teneri; curmedos autem ſub liberiore haberi jugo. vide quæ *Micræl. lib. 6 p. 550. rer. Pomeran.* habet. Et profecto, ubique fere hodie miſeris agreſtibus ſtrictiſſime excutiuntur pennæ, nec iis, quodcunque demum nomen gerant, aliud ſolatium, quam ex mente inſpectoris in humanitatem & miſericordiam fortaſſe paululum inclinantis. Denique tam in curmedis, quam in hominibus propriis Germanicorum ſervorum conditio, ſi non in totum, ex parte tamen conſervatur, nec hucusque conſtitutionem univerſalem, qua ſervitus per imperium abrogata, videre contigit. Et conjectura nullo nititur fundamento, homines proprios curmedis recentiores dominis excuſſos, curmedos vero ex domeſtica ſervitute ad agriculturam promotos. Rigidi nimis cenſores ajunt, in Ludwigii tractatu, cetera non indocto, quæ de jure clientelari Germanorum traduntur, maximam partem non ex fide dignis documentis, ſed ex eius conjecturis, Jctorumque rerum Germanicarum inſcitia ſæpe laborantium, aut patriæ ritus

 ſtatu-

ſtatutaque ad juris Romani ſcita detorquentium, ſententiis eſſe deſumta. Pergunt deinceps: conduxiſſet hercule clientelarium bonorum indolem ex ruſticis, eorumque in præfecturis, aut Nobilium terris magiſtris hauſiſſe. Quidni & præſtitiſſet, ſcrinia tot chartis codicibusque manuſcriptis refertiſſima, in ruſticarum rerum majorem elucidationem certitudinemque, excuſſa eſſe, atque, quid in unaquaque gente in iis obtineret, docuiſſe. Luditur ſane opera, entia ejusmodi, ſub uno nomine tot diverſitates tegentia, generalibus exprimere velle definitionibus aſſertionibusque. Sed excuſari merito poteſt Vir Conſultiſſimus. Notum enim eſt certi hominum generis in eruditos odium, ardentque tanta plerumque invidia, ut nec res ejusmodi a ſe expalpitari ſinant. Imo rationibus ſuis adverſari muſſitant, quæ agreſtes reſpiciunt, publicæ exponere luci. Nec in conglomerandis chartis, rureſtrium negotia attinentibus, ſplendidi diplomatum collectores ſolent eſſe ſeduli.

§. VIII.

Landſidelias (a) ruſtica ſuperioris Germaniæ bona & conductitiis annumerant prædiis. Dicitur autem contractus ille, quo innituntur, locatio quædam, qua colono prædia ruſtica, ad certum tempus ſub certa penſione utenda, fruenda conceduntur, ſcriptura (b) ſuper negotio confecta. §. IX.

(a) Sedem vocis in Landſiedler/ vel Landſittler quærentes, Hallenſium Jureconſultus ludibrio habet, næniasque, ut vocat, etymologicas a ſpurcitie deſumtas canentem Taborem miſere mulctat. Sed condonetur, quæſo, Viri juris civilis certe conſultiſſimi manibus error ille leviuſculus, nec famæ ejus, ut & celeberrimi Hertii, qui & nunc inter beatos, hic ad Ländlich ſitlich provocantis,

tis, deliria affricentur. Nondum enim exſtabat, medii ævi critica in artis formam redacta, quam & nos adhuc a Viro conſumatiſſimo exſpectamus. Peccatilla literaria non tam acerbam merentur cenſuram. Perplaceat ſibi diminutivo ſiedlen à vocabulo ſitzen deſumto, atque inde vocem Landſiedeley profluxiſſe opinetur. Commodam merito etymologiam dixeris, quam & *Gemelius in compendio juris feudalis p.* 41. quem citat *additionator Beſoldi*, habet. Imo ipſe *Beſoldus ſub verbis* Landſiedelei nehmen / ait: Landſiedel iſt ein Landſitz ſive Landguht. Hæc vocis contemplatio de landſidelia differenti anſam præbuit, de landſaſſiis quædam, præludii inſtar, admiſcere, ſed, quod pace doctiſſimi Viri & obiter dixerim, non omnia ſatis recte ibi ſe habere videntur. Dubium eſt, an non & territoria Holſatorum, Obotritorum, Pomeranorumque, cum Chriſtiani iis moderari cœperunt, in pagis præfectos, qui Grafiones dicebantur, habuerint. Dolendum, quomodo antiquitus adminiſtratæ ſint provinciæ, certis non eſſe traditum monumentis. Hinc unicuique pro ſua, qua pollet, indole, impune fingendi facultas. Comites ſane in Obotritorum regione, Holſatia & Pomerania ſub Duce fuiſſe, in dubium vocari non poteſt. Guzelinus, qui Wismariam communivit, Comitatum Suerinenſem, quem pater ab Henrico Leone promeruerat, tenuit. *Cranz. Vandal. lib.* 7. *p.* 154. *Schurzfleiſchii res Meclenb. p.* 11. Ita & Henricus de Badewide anno 1140. ſuffragante Henrico Leone, Comitatum Razeburgenſem conſecutus eſt. Comites Holſatiæ & Stadenſes ſub Ducatu quoque fuerunt Saxoniæ. Sub Pomeraniæ Ducatu noti fuerunt Comites Guzkovienſes. *Micral. chron. Pomer. lib.* 3. *pag.* 340, Neugartenſes ex Comitibus Eberſteinenſibus oriundi. *Micralii chronic. Pomer. lib.* 3. *pag.* 347. Et, licet territorium iſtorum partes per præfectos ſive Grafios, unde deinde Amtmanni, non fuerint gubernatæ; illud tamen, quod inde auctor elicere velle videtur, quaſi in illis territoriis nulli

nulli regulariter præfectis parentes fuerint nobiles, & sic pro Landsassiis præsumtionem oriri, infirmo stat talo. Nam Nobiles quosdam Pomeraniæ sub præfecturis esse, autorem habeo *Micralium*, qui *lib. 6. Chron. Pomer. p. 447.* ait: In der Ritterschafft sind etliche Schloß-gesessen/ etliche gehören zu Landvögteien/ etliche zu Aemtern und werden Amts-gesessene geheissen/ etliche heisset man die freyen/ die übrige sind die Afterlehn-Leute. Videatur idem *lib. 3. pag. 343.* Schlossassii prærogativa eminentissimi, ex antiqua Nobilitate Pomeranica, Ambtsassii autem ex advenis in indigenatum non receptis, fuisse videntur. Illi, ex Nobilitate sibi unum præesse patientes, haud dubie jura, libertates, & privilegia insignia, quorum numero & illud fuisse suspicor, ut non sub præfectis, sed sub Principe essent, sibi stipulati sunt. Ex numero clarissimarum illarum familiarum celebrantur Borckii, Wedelii, Flemmingii, Ostii, Manteufelii, Dewizii. Hi ultimi, a Carolo Imperatore, in Ulrico, Comitum Schenckiorum nomen consecuti, & præfectura Fürstenberga & Streliza in Ducatu Mecklenburgico donati sunt; unde ad aliquod tempus Comitum Fürstenbergiorum titulum assumsere, quem paulo post deposuere, Dewiziorum nomine, rerum gestarum gloria inclyto, contenti; atque sævientibus bellis præfectura Fürstenbergensis amissa, per collationem Dynastiæ Daber, aliquo modo pensata est. Val. *Eichst. Annal. Pomerania, ex quibus hac Micralius lib. 3. pag.* 344. refert. Holsati quoque primos ex nobili familia Meiendorfiorum habuerunt. Comites, & cum a potentioribus deinde regi cœpti sunt, libertatibus & prærogativis suis per conventiones, quæ privilegia dicuntur, cavere studuerunt. Quod vero nulli in Holsatia dentur Ambtsassii, inde provenire puto, quod advenæ non sint admissi, aut saltem non sine indigenatu, eique adhærentibus prærogativis.

(b) Scri-

(b) Scripturæ in sua definitione mentionem non esse factá, ait D. Ludwig, ne naturalia vel accidentalia hujus contractus cum essentialibus confudisse videatur. Verum cum hic scriptura non ad probationem, sed ipsam substantiam negotii spectet, quod ipse, vi ordinationis provincialis Solmensis, ex qua pleraque sua hausit, negare non potest, dicendo, Landsidelia literaria esse debet, ejus etiam in definitione, totam rei naturam expressura, mentio injici debuisset. Cæterum quoniam in hisce territoriis, quæ Dominus Ludwig, nomine hactenus non equidem ex antiquitate noto, pagum Brunsvicensem vocat, & vicinis nullæ, ut novi, sint Landsideliæ, parcior in natura ejus affectionibusque exponendis ero, & benevolum lectorem ad sæpe laudati *Ludvvigii c. 6. de jure German. clientel.*, *Tabor. dissert. de hoc argumento* conscriptam, *&* *ordinat. provincial, Solm.* remitto.

§. IX.

Bona Solidorum Schillinghauer maximopere naturam majoraticorum (c) habere, & æque conductitia esse dicuntur. Illud autem in his singulare, quod uno solido (d) sub lege pensionum aut operarum præstandarum redimi queant; unde & nomen. Nec quicquam fundi (e) aut ad fundum (f) spectans rustici sit. Denique olim pro lubitu Domini solidarius ejici potuit, ejusque heredes illa possessione privari, hodie, nisi solidæ adsint causæ, hoc fieri nequit (g)

§. X.

(c) Quid in bonis villicorum obtineat, illico dicturi erimus.

 (d) *Clam.*

(d) *Clammer. promt. jur. ex editione Schepliz. p.* 455. Habet hujusmodi bona potissimum Ducatus Luneburgicus.

(e) Ist es aber ein schillings Guth / so darff derjenige dem der Hoff durch den Gutsherrn geliehen wird / seinen Mit-Erben wegen Acker und Wiesen nichts geben / dann sie nicht ihm / sondern den Gutsherrn zuständig seyn. Jedoch ist an ihm selbst billig und recht / daß er sich wegen der Baarschafft auch fahrende habe des Hausgerahts / und was sonst zu dem Erbe gehörig / mit seinen Mit-Erben vertrage und abfinde *Ordin. polit. Cellens. c.* 44. §. 4. *p.* 106.

(f) *Hahn.* von Erbmeyer-Recht *c.* 17. *n.* 22.

(g) Causas, ob quas Solidario possessio illa adimi potest, & modum, quo illud fieri solet, vide *apud Schottel. c.* 17. *p.* 374. Nec heredes absque idonea causa excludi possunt. Wir ordnen und wollen gleichwol daß die Schilling Höffe und Koten / zu samt allen deren Zubehörungen bey dem Erben / so lange sie den Gutsherrn an Diensten / Zinsen / Pächten / und andern wie es von Alters hergebracht / davon bey rechter Zeit leisten / geruhiglich gelassen / und sie ohne Verwürckunge und unsere Erkäntnis von den Schillings Gütern durchaus nicht verstossen werden sollen. *Ordin. polit. Cellens. c.* 44 §. 8. *Clammerus l. c. p.* 456.

§. X.

Ex rusticorum possessionibus, quæ conductitiam admittere censentur qualitatem, supersunt villicorum prædia Meier Güter (h) sunt autem illa possessiones (i) rusticis sub lege publicorum privatorumque onerum (l) quæ natura contractus requirit, utendæ fruendæ datæ, ad heredes transmittendæ.

§. XI.

(h) Conductitiæ esse qualitatis villicorum, qui apud Germanos Meier dicuntur, prædia D. Ludwig, D. Strubius & ante illos plures alii asseruere. Nec diffiteri possum, illa ex conductionis natura aliquid trahere. Non autem ad indolem hujus contractus, prout penes Romanos erat, exigi possunt. Multa enim sunt, quæ juris aliquid in re villicis adesse, suadent. Ex quo etiam factum reor, quod legislatores majoraticis bonis nonnunquam nomina, quæ ad exprimendum dominium aliquod adhiberi solent, impertiti sint. Autores, qui conductitium hic stabilire nituntur contractum, inprimis Principum Territoriorum Brunsvicensium constitutionibus inhærent, fulciendæque opinioni varia colligunt argumenta, &, quæ sententiæ illi adversantur, e medio tollere allaborant; sed loca illa non omnem hic dubitationem tollere videntur. Regeri enim posset ad *Recessus Saltzthahlensis verba* §. 19. quod ad constitutionem Bremensem, ubi villici domini utiles & veri fundi possessores dicuntur, respondetur, verba illic non esse dispositiva, sed enunciativa, aut concipiendæ constitutioni adhibitos, rem non tam ex veritate, quam secundum suam opinionem tractasse. Deinde Constitutionem Rudolphi Augusti & Antonii Ulderici de anno 1703. non omnem qualitatem dominii villicorum bonis abrogare, sed prohibere, ne temporis lapsu, quod doctores sentiunt multi, in perpetuæ coloniæ naturam transeant. Sic & peregrinorum bonorum epitheton etiam emphyteutica admittere possunt, atque propriis bonis, quia dominium directum deest, opponi. Majori certitudine ex facultate, quam rustici circa hujusmodi bona habent, de indole eorum statui potest. Largior potiores operationes, quæ ex dominio fluunt villico esse ademtas. Ne quidem ei competit potestas, in fundo colonario pro lubitu arbores amputandi. *Resolutio Statibus Luneburgicis de anno* 1686. §. 15. *& Resol. Hoj. prov. anno* 1697. *data* §. *VII.* Dici autem potest, hanc prohibi-

hibitonem non tam ex lege contractus, quam territoriali fluere. Intereſt enim ſæpe reipublicæ, ne quis plenum circa res ſuas exerceat arbitrium. Facultas namque illa ex pacto, quo reipublicæ tenentur, reſtringi poteſt. Neque fundus villicanus, aut ejus partes, absque domini prædialis ſuffragio, alienari poſſunt, aut deteriores reddi, de quo infra plura dicuntor. Videtur & teſtamentaria diſpoſitio excludi, cum & illa inter alienationes referatur; verum huic Germanorum mores poſteriores, tempora illa, quibus inter ruſticos non amplius teſtandi ritus ignotus manſit, reſpicientes, obſtare videntur: ſed dici poteſt, ſi quid hic aliquando factum, illud non tam ex jure villici, quam conſenſu aut conniventia Senioris profectum. Nihilominus adeſſe aliquid juris hujusmodi colono, ſupra illud, quod ex locationis contractu profluit, arbitror. Quanquam enim circa ſuperficiem fundi villici reſtricta ſit poteſtas. Verordnunge wie es mit redintegrirunge der Meierhöffe zu halten c. 2. §. 1. ſeqq. Attamen tali poſſeſſione, quam diu recte ſe circa illam curandam gerit, privari nequit. Inde non male vinculum domino cum villico intercedens, conjugio, quod regulariter indiſſolubile eſt. aſſimulatur. Et licet ex tempore nullus exoriri poſſit effectus moralis, nec illud, cujuscunque etiam ſit durationis, per ſe rei naturam mutare queat; colligitur tamen ex eo, quod ſi in perpetuum, niſi dolus aut culpa intercedat, poſſeſſio penes villicum ejusque ſucceſſores ſit relinquenda, aliud adhuc jus ei, quocunque tandem illud nomine appellare velis, præter jus perſonale, competere. Cui accedit, quod etiam publica onera in ſe ſuſcipere debeat, atque regulariter ad ipſum omne damnum & periculum ſpectet, niſi ex peculiari ſtatuto, aut pacto adjecto aliud obtineat. Ex quo conjicio ſecundum leges æquitatis, quæ juris dicendi norma ſint, ubi lex civilis deſinit, etiam in partem theſauri in fundo majoratico, ut barbare loqui liceat, inventi

villicum

villicum venire debere. Commoda enim eius sint, cujus sunt incomoda. Imo jure Romano quasdam locationes fuisse, ubi aliquod jus reale ad conductorem transibat, suadent varii juris textus, in quibus conductori vindicatio tribuitur. Neque jure Brunsvicensi, ut apparet ex constitutione de redintegratione villicorum prædiorum de an. 1690. res aliter se habet. Wann ein Colonus und Besitzer eines Meier oder Schilling Guts ein von seinen Vorwiert von den Hoffe oder Kohte/ ohne Gutsherrlichen consens, verpfändetes oder veralienirtes an sich sonst da zu eigentlich gehöriges pertinens selbst *vindiciren* wollte / bleibet ihm solches in alle Wege bevor &c. c. 1. §. 2. Cæterum sublocationem, quam villico Germanorum leges non prohibent, nihil supra conductionis contractum, jure Romano determinatum, habere, autumo, modo personæ idoneæ sint. Siquidem illud ex *l. 6. C. de locato & conducto*, quam verba generalia ad sensum, quem illi Dn. Ludwig inesse dicit, restringi non patiuntur, nec hoc necessitas requirit. Sic & non male huc refertur *l. 7. ff. locati conduct.* Quamvis enim & insularum, præter culturam, aliquis fuisse videatur usus; Siquidem potuerunt gramina desecari, aut in ea pecora agi, fructus ex arboribus, aut herbæ in medicinam natæ colligi, feræ intercipi, ædificia piscationi ibi aptari. Sed conjicio in illa lege non de insula in mari aut flumine nata sermonem esse; verum ibi denotare locum, qui nullo circuitu cingebatur, a similitudine videlicet earum terrarum, quæ fluminibus ac mari eminent, suntque in salo positæ. (*vid. Festum in voc. insula* Nam in Romanis legibus frequens est, id saltem alienum vocare, quod est in patrimonio privatorum. Ex pretio tamen, quod adscriptum, constare videtur, Paulum omnino de loco culturæ destinato, atque inde maxime fructifero loqui.

(i) De villicis Romanorum, quorum supra a nobis mentio facta pariter ac Meieri vocabulo, in vernacula procurato-

 rem

rem denotante, non indocta Dn. Ludwig commiſcet, atque ad prius argumentum illuſtrandum *Cujacium lib. X, obſerv. c.* 34. citat, ſed in editione, quæ inter libros meos eſt, illo loco non de villicis, ſed de atrienſibus ſive oſtiariis, qui in veſtibulis cuſtodes fuerunt, eosque pariter emundandæ ſuppellectili, in atrio expoſitæ, fuiſſe præfectos, Cujacius aſſerit. Hos Columella Atrienſes ruſticos vocat. Niſi dixeris villicum in generali ſignificatione omnem rei cuidam præfectum denotare *Bulenger. de imperio Romano lib.* 5. *c.* 63. *p.* 540. *edit. de anno* 1618. Porro, quæ lib. X. c. 37. meæ editionis JCtorum Princeps habet, generalem & ſpecialem vocabuli ſignificatum non excedunt. De Meieris nonnulla agitantur, quæ ad eos, quatenus penes nos accipiuntur, accommodari nequeunt. Superfluum enim eſt quærere, an illi jurisdictionem majorem aut minorem habeant, cum nullo plane jus dicendi gaudeant facultate.

(l) Definitionem hanc, meieria eſt locatio conductio ad villam procurandam, resque domini defendendas, rei naturam, ut par eſt, & plene non exprimere, nemo facile in dubium vocabit. Accuratior eſt, & ad leges bonæ definitionis magis quadrat, ea, quam Dn. Strubius c. 2. §. VIII. habet: putarem tamen, licet illud, quod de pleno dominio penes concedentem manente ait, prætermittatur, renovationem contractus, utpote quæ non ubique requiritur, omitti debuiſſe. Quæſtionem illam an contractus hic non potius ad innominatos ſpectet, plane otioſam puto. Quid enim illi Jurisprudentiæ ſpinoſæ apices ad Germanorum ſimplicitatem, æquitate naturali magis innitentem. In gente noſtra antiquisſimis temporibus rarior erat nummi uſus, & non adhibebatur, niſi a Romanorum proximis, ob uſum commerciorum, interiores ſimplicius & antiquius permutatione mercium utebantur. Imo & Romani fruges æſtimato datas, ut mercedem, in contractu locationis & conductionis admittebant.

(l) De

(l) De hisce præstationibus cap. seq. pertractabitur.

(m) Prædia hæc colonaria ad heredes regulariter transire, in vulgus notum est.

§. XI.

Cum itaque saluti reipublicæ conducat, præstationes publicas a pluribus posse exigi, ejus merito interest, prædia deserta & desolata à novis cultoribus restaurari. Quem in finem variis privilegiis & immunitatibus, ad hanc spartam suscipiendam, allici solent. (n)

(n) Daß wir demnach concediret/ nachgegeben und bewilliget haben / daß von angeregten wüsten Höfen/ Kohten und Gütern / von der Zeit/ da dieselbe wieder angenommen/ und bezogen worden / innerhalb dreyen Jahren keine Dienste/ Contribution, Pächte / und andere sonsten darauff hafftende onera und Beschwerungen geleistet / gereichet und abgetragen / sondern allein der ordinaire Schatz von dem Viehe jährlich gegeben werden solle. Constit. August. de an. 1634. Den Leuten soll zu Anbau etwas von Holtze aus den Aemtern und die immunität von allen Landes Beschwerungen auf 3. Jahr / nachdem sie angefangen zu bauen gegeben werden/ wann ein Hoff in solchen Stand gerahten / daß er ohne Befreyunge von den oneribus verlassen werden dürffte / so soll/ auf beschehene Erkundigunge der Umstände / die Freyheit von einen Jahre selbigen zustatten kommen. *Recess. provin. Duc. Cellens. de ann.* 1673. §. 7. *in quo ad recess. de an.* 1640. *provocatur. corp. constit. Elect. Brunsv. p.* 509. *seq. vid. & Constit. Georgii Wilhelmi de anno* 1657. 1690. 1694.

Cap. III.

CAP. III.

DE RUSTICORUM PRÆSTATIONIBUS.

§. I.

PUblicæ præstationes (a) quas operas, tributa & collectas vocant, a rerum publicarum moderatoribus eodem jure (b) quo subditis tutelam debent, exiguntur (c) Caveant autem Principes, ne pennas ita incidant, ut nequeant renasci. (d) Nulla res in odia motusque frequentius egit illos, quibus obsequii gloria relicta, quam immodica tributorum copia (e). Neque subditi circa pendenda reipublicæ onera nimium sint queruli (f). Etenim, in illis exsolvendis immorigeri negligentesque, pacis quietisque & abundantiæ conservandæ, aut procurandæ sibi detrahunt media. Nam neque quies gentium sine armis, neque arma sine stipendiis, neque stipendia sine tributis haberi queunt. *Tacit. l. IV. hist. c. 74.*

§. II.

(a) Privatæ sunt, quas coloni Dominis aut plenum aut minus plenum dominium in prædiis habentibus, aut Protectoribus exhibent.

(b) *Puffend. de J. natur. & Gent. lib. 8. c. 5. §. 4.*

(c) Rebus expediundis magis conducere, ut tributa imperentur, non rogentur: Posterius autem naturæ civium, qua sunt libri homines juris fruendi & communis utilitatis causa sociati, magis convenire arbitror. Majoribus nostris inauditum fuit, tributa imperari, sed illa corrogabantur, unde in vernacula nomen Beyten vel Landbeyten accepisse

accepisse videntur, nec video, quare illud Colero consilio primo n. 231. displiceat. Tale nomen in Recessu Provinciali Alberti Electoris Brandenburgici de anno 1472. aliisque veteribus chartis habetur. Invenitur quoque in Cod. MSpto Diplomatum Holsat. qui originaliter in der Privilegien Lade asservatur, â Viro Generosissimo atque Excellentissimo de A. mecum humaniter communicato. In primo privilegio Duc. Henrici Adolphi & Gerhardi Plœnæ 1422. omnibus incolis Holsatiæ dato, hæc reperiuntur: De holsten sint uns pflicht na wanheit tho gevende van einer zuwelicken Have de beseiet is / von Börgern effte Buren 8. Schilling pennige / weß se uns Vader bede entwidet hebben / und vor der Volge daen hebben / dat hebben se nicht gedaen ümme older Gewanheit willen edder ümme Rechtens willen / wenn se hebben dat gedaen ümme groter Krafft und Nodt unser und des Landes dar se sick sülven tho beckanden / dar willen wie und unse Erven also unse bedaren manbahre trüen und Inwanere des Landes tho Holsten / bi diesser Rechtigkeit und Wanheit beholden und laten 2c. Porro in Christierni Regis confirmatione Privilegiorum Nobilium aliorumque subditorum facta Ripæ 1460. verba hæc invenio: Wy unse Erven und Nachckommen scholen und willen eder nene Schattinge edder bede doen aver de Inwaner dieser Lande sambtlicken edder besonderlicken / uthgenamen unse egene Lanstende 2c. so früntlicken Willen und tholadt eindrechtichlicken Vulbort aller Reder und Manschop dieser Lande geistlick und Weltlick 2c. In Christiani vero III. Confirmatione Privil. Kiloniensi de 1533. sequentia continentur: Dat ock Bischope / Prælaten / Klostere / Stede Lüde kenen Schot geven scholen / alse de Privilegia klarlick mit bringen / an de gemene Landlede werde bewilliget / ids so den dat wie se mit guden Willen dar tho bewegen und vermogen können 2c. In Friderici Regis confirmatione privileg. Kiloniensi de 1524. hæc sunt: Men schal ock in

den vorbenomenden Forstendomen / nene Accise, Tollen edder Beschweringe effte Jeming Unplicht. den Prælaten Ridderschop/ Manschop effte Steden und allen Ingesettenen upleggen baven Vulbort der gemeinen Manschop.

In Friderici II. Regis Daniæ privileg., Flensburgi an.1564.d.15. Octobr. concesso, eadem reperiuntur. ut & in Gravam.quæ ante præstationem homagii Christiano IV anno 1588 Kiloniæ, ut ipsis mederetur, sunt oblata Art. 15. eadem & in cæteris diplomatibus, ad jura & privilegia Holsatorum pertinentibus, passim habentur. Largior autem postmodum, licet imperitari cæperint, tributa id nominis per aliquod tempus adhuc retinuisse, atque omnes deinde indictiones, quæ possessoribus sive possessionibus, imponi solent, ita vocatas. *Gylm. Symphor. t. 1. p. 2. tit. 6. vot. 2. n. 7. p. 45. Besold. discurs. polit. de ærar. c. 5. quæst. 7. p. 177.*

(d) Id ad minimum famæ dent Principes, quibus præcipua rerum ad famam dirigenda, ut emungentes illos immodestos, Æmilii Recti durissimi Ægyptiorum præsidis vestigia prementes, cum Tiberio jubeant tondere oves, sed non deglubere. Summum Pastori dedecus, ex sua culpa marcessentes tabeque & inedia confectas habere oviculas. Declinabit omne nimium Majestas, & prudenter aget, si moderatissime in hoc negotio versetur. Pecunia subditis alter sanguis est, qui sine sensu & dolore nunquam mittitur *Hornius de civit. lib. 2. c. IV. thes. 17. n. 5.* Optumi quippe mortalium altissima cupiunt, sed supra illos admodum enituntur, qui favorem subditorum æquitate & justitia mollique regimine sibi conciliare laborant. Aurum, cnm lachrymis & querelis subditorum collectum, adulterinum & venenosum est, erat sententia Tiberii secundi Imperatoris Græci. Summæ est artis Principi suppeditare consilia, ærario proficua, & populo non admodum gravia. Forte aliquan-

quando ad Obrechi aureum libellum, quem inscribit, quinque secreta politica von Anstellunge/ Erhaltunge Vermehrung guter Policei und von billiger rechtmäßiger und nothwendiger Erhöhung eines jeden Regenten jährlichen Gefällen und Einkommen / monita quædam exstabunt.

(e) Nimiam tributorum exactionem in rebellionem sæpe excitasse gentes, Annales affatim memoriæ produnt, ut itaque talia à Republica avertantur mala, caute ubique, in justis etiam tributis imponendis, est incedendum. Potius arte & suasionibus, quam vi *L' obedire per se stesso e duro, s' aggiungi la violenza s' inasperisce in maniera, che stimato giogo infelice non si trovera humore benche placido, che non procuri di sottrare il collo Mal.* Popysmi igitur sunt adhibendi, & velut incantamenta, quibus rei acerbitas lenitur, obvelaturque. Huic scopo conducere puto, si prudens Reipubl. moderator exigendis tributis homines frugi, facundiaque valentes, qui probitatis integritatisque famam habent, atque unumquemque ex suo genio tractare norunt, præficiat. Selectus merito ingeniorum in quavis republica esset instituendus, & pueri ab incunabulis quasi, secundum varias animi dotes, non ad quatuor facultates, sed ad varia reipublicæ munera essent formandi. Noscenda vulgi natura, &quibus modis temperanter haberi potest, investigandum. Homines enim facilius aliquid a se impetrari patiuntur, si ab iis, de quibus bene opinantur, rogati sint. Nihil magis reipublicæ noxium, quam publicos reditus elocare. Conductores enim illi, quorum nihil interest, an civium res postmodum fluctuent, imo pereant, an vero prospere se habeant, de nulla re magis laborant, quam ut una cum mercede, qua illorum, quibus imminent, omnem quasi redemere fortunam, centesimum fœnus & ultra miseris excutiant, atque homines, quoad corpus & bona statui innocentiæ restitu-

 ant.

ant. Apage lictores illos, populum, ab eodem tecum Numine creatum, eodemque tecum sanguine redemtum sine commiseratione excoriantes. Fac, ut tui cognitum habeant, exactam pecuniam cum judicio & parsimonia dispensari, atque omnia in salutem & splendorem Reipublicæ, non, autem in luxum converti. Luxus est, qui merito cluit lerna malorum. Ille in principe virtute, in populo sumptuariis reprimendus est legibus, atque in subditos eas spernentes gravi animadvertatur castigatione; Attamen si reipublicæ tam depravata sit conditio, ut satius fuerit, omittere prævalida & adulta vitia, quam hoc adsequi, ut palam fieret, quibus flagitiis impares simus, neque sine summo Reipublicæ periculo resecari queant, prudentis reipubl. est Rectoris, rebus luxui inservientibus onera præprimis imponere, quæ vero ad alimenta & vitam spectant, iis plane eximere, aut notabiliter minuere.

(f) Nihil magis naturale, quam rationabiliter propriis inservire commodis, propria autem utilitas non potest esse sine reipublicæ salute, alias enim homines non necessum habuissent in societates coire. Salus vero reipubl. non potest esse sine mediis eam conservandi aut recuperandi, media illa non possunt haberi sine nummis, nummi non possunt corrogari sine populi subsidiis, Faciunt huc, quæ habet *Hobbesius de cive c. XII.* §. 9. *In omni civitate cogitandum est, manum qua gladium tenet, esse Regem vel curiam summam, & ab industria civium non minus alendam esse, illa qua quisque fortunam suam privatam fabricatur; vectigalia autem & tributa nihil aliud esse, præter mercedem eorum, qui armati vigilant, ne industria singulorum incursu hostium impediatur. Nec magis justam querimoniam esse eorum, qui paupertatem suam pensionibus publicis imputant, quam si dicerent, inopes se fieri propter solutionem debitorum.* Sit tamen, ut dictum, modus in rebus, cogitentque Principes, se esse Rerumpublicarum patres & tutores.

§. II.

§. II.

Sunt autem tributa (g) præstationes publicæ, quas Princeps (h) ut caput reipublicæ, a subditis tantum, ad sustinenda reipublicæ onera, colligit (i).

§. III.

(g) Tributi vocabulum a nobis tam late accipitur, ut etiam collectas, quæ alias onera extraordinaria dicuntur *Klock. consil.* 28. *n.* 14. complectatur.

(h) Jus, exigendi tributa, competit illi, qui suprema in territorio potestate civili gaudet. *Klock de contribut. in imperio usitat.* § 6. 8. Recte tamen sibi consulit Princeps si in conventu Ordinum, quantæ sint reipublicæ necessitates, & quam necessaria subsidia, exponere non dedignetur. Subditos enim multo alacriores habebit in præstandis nummis, quos in Statibus provincialibus ipsi decrevisse putabunt, quam si pro arbitrio illos exigit. Hinc Galli cum gentem suam in pendendis tributis immorigeram viderent, ad comitia, autore Mazarino, provolarunt, quibus habitis, paratiores subditi ad dandum præbebant manus.

(i) Extranei, qui nec mobilia, nec immobilia, in loco, in quo tributa colliguntur, habent, ab iis, nisi statutum aut consuetudo aliud velint, sunt immunes *Klock. l. c.* § 15. Atque hinc tributi solutio, solventem esse de territorio ejus, cui solvitur, probat *gloss. ad c.* 1. *X. de censibus Klock. cons.* 29. *n.* 872. Hac ratione differunt à vectigalibus, quæ tam ab extraneis, quam subditis exiguntur. *Grot. de jure belli & pacis lib.* 2. *c.* 2. §. *XIV.* Largior tamen, vocabulum hoc in latiori significatu & tributum denotare. *Besoldi discurs. polit. de ærario publ. c. IV.* §. *XIII. Bechtius de salvo conductu Thes.* 56. *Klok. diss. de jur. vectigal.* §. 7.

(l) Itaque nulli regulariter in civitate à tributorum præstatione sunt liberi. Justum enim est, neminem immu-

nem esse, cum ad omnes redeat utilitas. Solent tamen nonnulli dignitate & ordine suo, aut speciali Principis privilegio esse exemti, *Klock. de contributionibus in imperio usitatis* §. 31, 37. Quibus aliqui addunt præscriptionem immemorialem, quam non esse exclusam dicunt, nisi sit nominatim exclusa *Brunn. ad l. 5. c. de fundis rei privatæ.* Nonnunquam nec privilegiati sunt immunes, ubi illud necessitas aut ratio Reipublicæ requirit; Solentque tunc sese protestatione munire, quod hoc immunitati suæ nocere non debeat, atque eum in finem plerumque illis literæ, quæ reversales dicuntur, impertiuntur. vid. Nordischen Land-Tages Schluß de anno 1620. in libr. Recess. & convent. Frisiæ orient. p. 2. p. 162. Exiguntur autem plerumque tributa per æs & liberam, nach eines jeden tax und vermögen / hoc est secundum vires & quantitatem patrimonii obventionumque cujusque, habito nimirum respectu ad fructus potius, quam ad valorem rei *Klock. conf.* 28. *n.* 190. *& conf.* 104. *n.* 190. Quo plus enim quis reipublicæ pro sui conservatione debet, eo plus etiam ad Principatus subsidia concurrere tenetur. Illud enim jus æquitatis naturalis inculcat.

§ III.

Multa sunt tributorum onerumque nomina (m) multæque distinctiones. Præcipue solent penes nos dividi in Reichs (n) und Landsteuren; Illa Imperatoris & Imperii consensu, hæc vero ab eis, qui summam rerum in Republica Germaniæ particul. habent, adhibito aliquando Ordinum provincialium consensu, imponuntur. (o)

§. IV.

(m) Catalogum ex Klockii dissert. de contribution. quem *Besoldus quoque c. 4. de ærario pag.* 69, & *Waremundus de E-venberg*

venberg de regni subsidiis c. IV. referunt, adponere liceat. Reichssteur/ Landsteur/ Creyßsteur/ Freuleinsteur/ Abzug und Nachsteur/ Abfahrt/ Abschoß/ Auflösunge/ Leibsteur/ Beeth/ BodenZinß/ WeinGeld/ oder etliche Faß von Wein/ Frachtgeld/ Brückgeld/ Schlägelschatz/ Forstgeld/ Mastgeld/ Lastgeld/ Soldatengeld/ Balckengeld Mastbaumgeld/ Weinkauff/ Todtfäll/ Weidemahl/ oder das beste Haupt aus dem Viehe/ Erbzinß/ Pflug geld/ Nodtgeld/ Zehnden von Fleisch/ Wein/ Korn/ Erbsen/ Flachs/ Kraut/ Viehschatz/ Scheffelschatz/ Hufengeld/ Bauholtzfurh/ Trancksteur/ Schornstein oder Camingeld/ Sparengeld/ Marcktgeld/ Schutzgeld/ Reisgeld/ accis, Handlohn/ Willkommschatz/ Betteschatz/ Küchenschatz/ Taffelschatz/ Freygeld/ Brückgeld/ Weggeld/ Ungeld/ gemessene und ungemessene Frohndienste/ additurque, & sexcenta alia. Romani quoque sua habebant onera, quorum alia personalia, alia realia, alia mixta appellantur, de quibus confer *Bulingerum de vectigalibus populi Romani*. Sæpe & ipsis ex re qualibet bonus lucri odor. Imo & ex fumo aere, umbraque pecunias congerebant.

(n) De collectis Imperii vid. *Vitriar. in J. P. lib. 3. tit. 3. §. V. & ad eum Dn. Pfeffinger.*

De collectis ex professo agunt *Klock. tract. de contributionib. Bocerus de jure collectarum. Winzlerus in synopticis observationibus de collectis sive contributione Imperii & provinciarum vulgo* Reichs- und Land-Steuren.

(o) Serius Germaniæ Principibus, ex lege Imperii, jus collectandi subditos enatum esse dicunt. Non autem nisi cum assensu Statuum provincialium hoc jure utebantur, *Klock. conf.* 28. *n.* 15. *& conf.* 9. *n.* 48. *conf. n.* 72. *conf.* 50. *n.* 109. 110. quorum suffragium jam decisivum fermein de suetudinem abiit. Daß der Herr Graff keine Steuren/ noch collecten mag anlegen/ ohne Bewilligunge und consens der sämptlichen Landstände apologia urbis Embd. anno 1602. typ.

typ. impressa. Collecten wie die Nahmen haben/ sollen auch in casum belli, defensivi & extremæ necessitatis anderer gestalt nicht/ als unter vorgeganger communication auf offenen Land-Tagen/ und darauf beschehener Verwilligunge von allen Landständen abgeleget und ausgeschrieben werden. Confirm. privil. St. pr. Guel.

§. IV.

Sufficiant hæc de præstationibus in genere, prout circa nummos civium versantur (p), de quibus quædam præmittere consultum putavi; ad illas jam, quæ à rusticis exiguntur, proprius accedamus, oportet, illud enim instituti ratio requirit. Contemplabimur itaque illas, quatenus aut Principi aut domino prædiali protectorive exhibentur.

(p) De operis in genere jam non sumus soliciti, cum non ita multæ sint, quæ omnibus incumbunt civibus, sed eæ maximam partem agrestes premunt.

§. V.

Publicæ præstationes rusticorum, ad quas ut incolæ regionis obstringuntur, aut complectuntur operas, aut nummos, quos Principi exhibere tenentur. Obligatio ad operas publicas postulat coeptanti arma Principi adesse, ejusque castra sequi. (q) nec male huc trahuntur, quæ venatum, tanquam ad belli præludium, eunti debentur officia. (r) imo angarias & parangarias quoque (s) item manus auxiliatrices ad munienda aut reparanda castra, exædificanda aut reficienda palatia, ædificiaque publica requirit, (t) tenenturque eandem circa pontes, aggeres, vias (v) adhibere

hibere curam, ut & excubias in castris, aliisque locis ubi illud ratio Reipublicæ requirit, agere (w); Etenim in societatem civilem coeuntes hæc omnia, quippe quæ civitatis beatitudo postulat, una cum obsequio, tacite etiam, promiserunt. Neque se ab officiis, (x) aulæ Principis præstandis subtrahere possunt rustici, cum aulæ splendor ad famam, qua aliquo modo regna & principatus stant, faciat.

§. VI.

(q) Principi, ut capiti Reipublicæ, subditos suos sub arma cogere licet; ex pacto enim, quod cum multitudine, societatem civilem deinde constituente, iniit, eam defendere obstringitur, qui autem habet jus ad finem, etiam habet jus ad media, daß wann sie aufgemahnet werden / sie alsdenn mit ihren Diensten zu Krieges Läufften erscheinen. ChurPfältzische Landes Ordnung. Nec ab illa obligatione aliqui civium sunt immunes, omnes enim tutela frui volunt, nisi hoc privilegio impetraverint, quod tamen premente necessitudine non attenditur. *Grotius de J. B. & P. l. 1. c. V. §. IV. Hornius de civit. l. 2. c. 2. §. 16. n. 3. Puffendorf. in dissert. de obligat. erga patriam* § 28. Præstat ex suis civibus conscriptum habere exercitum, qui, præter stipendium & militare juramentum, alio reipubl. vinculo obnoxii. Nec tantum subditis incumbit Principis castra, ad propellendum hostem a finibus, sequi, sed & sub eo, extra territorium, bellum reipublicæ causa tractante, stipendia mereri, obstringuntur, modo belli causa sit justa. Jus enim reipubl. prosequenti respublica opem ferre debet. Est enim in pacto, quod capiti cum membris intercedit, non solum, quæ reipubl. sunt tueri, sed & ea quæ ipsi debentur, vindicare. Inter illos, vero qui communem superiorem non habent, si pacis succedere nolunt consilia, controversiarum Mars est arbiter. Nec

conducit reipubl. illum, cum quo armis contendi debet, intra limites expectare proprios. Non solum enim ab adventante hoste sæve omnia habebuntur, quæ rapinæ ejus occurrent, sed & si deinde adversa dimicaretur fortuna, omnia quasi uno impetu hosti in prædam cederent. Quæstio illa, quid faciendum, si subditi dubitent, an belli causa justa, vix ullum hodie habebit usum, ubi paucis datum, de belli justitia aut injustitia judicare. Subditis obsequii gloria relicta est, *vid. Grot. de j. b. & pac. lib. 2. c. 26* §. *IV. V.* Conductitius miles ante tempora Maximiliani in Germania infrequens fuit, ex subditis more majorum fiebat delectus; sed cum hic, ad antiquum modum, hodie cessat, rustici, ad tributum & hospitationes obstringuntur.

(r) Inter operas rusticorum, quas Princeps exigit, numerantur & servitia, quæ venanti gratuita præstant. Sit & hic modus in rebus, ne à colendis agris, aliisque perficiendis rebus, quibus vitæ subsidia quærunt, abstinere cogantur. Quanquam hodie rustici leporibus sæpe, aliisque minoribus animaculis inhiantibus saltuariis, venatoribusque opem ferre necessum habeant: Attamen Principes rusticanas hasce operas non nisi in venationes majores deposcere solent: daß unserer von Adel Gutsleute zu keinen andern als Wolffs uñ denen hohen Jagten/ und zwar zu diesem letztern des Jahrs nur zweymahl gefodert/ jene die Wolffs Jagten auch durch unsern Oberjägermeister oder Oberförstere nicht unnöhtiger Weise angestellet/ und also die Leute nicht zur Ungebühr damit beschweret werden sollen. Resolution denen von Adel in §. annebergischen anno 1682. ertheilet. §. IX. vide plura in Resolutione der Lüneburgischen Landschafft ertheilet de anno 1695. §. 5. Sæpe operæ hæ in pecuniam commutari solent, ad quod tamen inviti subditi cogi nequeunt. Hoc institutum aliqua ex parte ab æquitate recedere, sunt qui putant; cum hæc onera perpetua, jus autem sequelæ & venatus, quoad actum ipsum, saltim tempora-

porarium sit. Hinc in Recessu provinciali de a. 1639., ne servitia militaria in nummos converterentur, soliciti fuerunt. Nachdem sich auch fürs 24. die Löbliche Stände befahret/ daß über kurtz oder lang die Landfolge/ so wohl dem Adel als Städten und andern Unterthanen uff Geld geschlagen werden mögte/ als sollen dieselbe darzu nicht genöhtiget werden: jedoch dagegen diejenige/ welche dem gnädigen Landes-Fürsten mit Rosdiensten verwandt seyn/ tüchtige Pferde und im Kriege erfahrne und versuchte Knechte auff erfodern einschicken. Ex obligatione illa, qua subditi Principis sui potissimum castra sequi tenentur, illi jus enascitur, subditis ne peregrinæ militiæ se addicant, interdicere. Vide præter varias Imperii Constit. Edictum Rudolphi Augusti de anno 1671. talia Edicta etiam in Ducat. nostro Slesv. & Holf. anno 1599. 1622. sunt promulgata. *Recessus provincialis Saltzthahlensis de anno* 1597. §. 6. triginta annorum præscriptionem, von anno 86. zurück zu rechnen/ in pecunia pro venatus opera admittit. Sic & Elector Saxoniæ certi districtus subditos, qui sibi suisque venantibus in sylva quadam dissita adesse debebant, ab onere hoc, sub lege quatuor florenorum, de singulis agris, quos Hubas vocant, pendendorum absolvit, ita tamen ut ipsi venanti Electori adhuc operas præstarent. *Lyncker decis.* 1361. Hac mutatione debito modo facta, utrumq; exigere nefas est, & pactum, quod forte tale quid involvit, stricte & in favorem subditorum est interpretandū.

(s) Huc pertinent navium, equorum, plaustrorumque præstationes zu den Krieger oder Hoff fuhren: Et cum sub prætextu angariarum & parangariarum ad indebitas sæpe vecturas rustici adigantur, per constitutionem *Georgii Wilhelmi de anno* 1673. determinatum, ne cuidam ejusmodi vecturæ absque suo, Consiliariorum sanctiorum aut regiminis speciali jussu concederentur. Et ut omnibus hic occurreretur falla ciis, *in resolutione provinciæ Hojensi anno* 1697. *data* §. *XVI.* constitutum: Alle und jede (Fuhren)

 aber

aber obesagter massen ordiniret und geleistet werden / in die darzu bey jeder Dorffschafft zu haltende Bücher mit Vermeldung zu was Behuff dieselbe geschehen/und der Anführunge des darüber erhaltenen Befehls/ dessen dato und Unterschrifft verzeichnen und alle halbe Jahr mit den verordneten Commissarien sich zusammen thun / mit denenselben vormittelst Producirunge vorberegter der Dorffschafften / auch von denen Unter-Bedienten jedes Orts gleichmäßig zu haltender Gegen-Bücher / und habender Befehle / deswegen richtige Abrechnunge halten / zu ihrer justification von denen Commissarien mit unterschreiben lassen/auch allemahl im Januario gemeldeter Commissarien attestata, daß solche Abrechnung von dem vorigen Jahre gehalten / wie nicht weniger sonsten dieser Verordnung stricte gelebet und alle mehrbesagte Fuhren richtig befunden und mit original befehlen justificiret worden / einbringen und unsern geheimbten Rähten zu senden / &c. vid. quoque resolution der Lüneburgischen Landschafft ertheilet 1686. §. XIII. Referuntur quoque huc die Riege Fuhren oder Riege Dienste / quando rustici sarcinas Principis, aut Comitatus ejus ex uno in alium locum vehunt, vel curribus, quibus ipsi vehuntur equos jungunt, aut cerevisiam ferasque in aulam transportant, aliæque hujus generis vectiones. *In Recessu Saltzthalens. habetur* **die Korn und Wullen Fuhr zum Hofflager** *vid. & Recess. Guelpherbyt.* §. 17. Sunt qui putant obligationem ad hujus generis vectiones, cum non ex superioritate territoriali fluant, pro se non habere præsumtionem.

(t) Munimenta, ad impediendos hostes, ne exercitu suo in ipsa territorii viscera penetrare queant, maxime esse utilia, experientia constat. Cumque de utilitate pariter & splendore reipubl. sit, palatia Principis aliasque publicas ædes e. g. die Amthäuser recte instructas habere: Ideo ad illa, quæ communi utilitati inseviunt, communes etiam operæ sunt adhibendæ. Vocantur hæ operæ Burgfesten/ & nulli rusticorum, nec Meieri, & qui prædia rustica habent,

habent, ab illis, non nisi peculiari privilegio, ſolent eſſe exemti. *Balthaſar de operis ſubditorum c. 8. Georgius Engelbrecht in diſſ. de oper. ruſtic.* von Herrendienſten §. 47. quæ in Germanicum translata idioma part. 2. des neuvermehrten Dorff- und Landrechts exſtat. Olim in Ducatibus Guelficis indeterminatæ fuere, poſtquam vero illæ, ſæpe præfectorum iniquitate, in nimium auctæ, aut ad alia etiam converſæ negotia, huic malo per earum determinationem medela adhiberi cœpit. In *reſolutione Statibus provincialibus comitatus Hojenſis anno* 1679. *data*, ſequentia reperiuntur. So erklären wir uns gnädigſt dahin/ iſt auch von unſeren getreuen Rittern und Landſchafft unterthänigſt beliebet und angenommen worden/ das hinführo und zu ewigen Tagen von allen und jeden in beyden Graffſchafften wohnenden Unterthanen/ ohne Unterſcheid/ es gehören dieſelbe ratione der Guts-Herrſchafft uns oder anderen Guts-Herren/ an unſere Aemter/ worunter ein jeder geſeſſen/ und zwar die Meyere/ HalbMeyere/ Egget- und andere Köthere/ welche bißhero die Burgveſten mit dem Spann verrichten müſſen/ alljährlich vier SpannDienſt-Tage zu Burgveſten/ und zwar ein jeder derſelben mit ſo viel Pferden/ als er bey Leiſtung des obliegenden ordinarien Wochendienſtes anzuſpannen ſchuldig iſt/ die übrige Handdienſtleute aber mit der Hand eben ſo viel Tage præſtiren und ableiſten/ &c. Et ſub hoc quatriduo omnes comprehenduntur operæ, quæ alias adhibendæ in beiden Graffſchafften befindlichen Schlöſſern und deren Brücken/ Wällen/ Graben/ Thoren/ imgleichen Amt- und Zollhäuſern/ Vorwercken/ Schäffereyen/ Gärten/ Mühlen und andern darzu gehörigen Herrſchafftlichen Häuſern und Gebäuden. Quodſi vero operæ in eundem diem, quo burgenſes, ut vocare liceat, indictæ, a domino prædiali exiguntur, burgenſes præferendæ. Cum enim duo contendant imperia, majus eſt præferendum. Poſtquam itaque definitio operarum harum facta, ad alia etiam negotia illas adhibere, præfectis datum. Wie die

Burgfesten Dienste beregter massen auf gewisse Tage reduciretseyn/ also stehet unsern Aemtern frey und bevor dieselbe jedoch was die Burgfesten Handdienste betrifft blosser dings innerhalb Amts/ wo zu sie wollen/ anzuwenden/ und zu gebrauchen. Vectiones autem illas Burgfests Spanndienste extra præfecturas, cui inhabitant, rustici facere non tenentur, nisi quædam materies ad Principalium ædium refectionem sit advehenda, & tunc si locus, ex quo illa peti debet, ad unum aut duo milliaria remotus, unus, si ad 3. 4. aut 5. milliaria duo dies sunt remittendi. Hinc colligimus rusticos, præfecti, extra præfecturam abeuntis, currui, in vim operarum istarum, equos jungere, cogi non posse. In Ducatu Guelferbytano in operis hisce ad triginta annorum observantiam respicitur. *In Recessu, de anno* 1597. *dicitur*: Die Burgfeste betreffend/ da wird es billig mit derselben hinführo dabey gelassen/ wie es in einen jeden Amt und Dorff von alters und sonderlich für 30. Jahren von Trinitatis 86. zu rück zu rechnen/ ist gehalten und hergebracht. *vid. & Recess. de anno* 1619. §. 18. Solent autem & operæ, quæ in muniendis locis sunt adhibendæ, ære redimi. Sic in *Recessu Saltzthahlensi de anno* 1597. habetur. Zum siebenden/ so viel das Graben Geld angehet/ soll dasselbige hinführo eingestellet/ jedoch/ wen so bald und lange der gnädige Landes-Fürst an diesen Capital Vestung Wolffenbüttel mit Vorwissen der Landschafft nohtwendig bauen wird/ jedes Jaars des Sommers 6. Monat lang/ aber nicht meer als Monatlich von einem Meyer 2. Grosch. von einem Halbspenner 1. Grosche/ von einem Köter auch 1. Grosch. und von einem Haußlinge ein Mattier wiederum unweigerlich gegeben/ dagegen aber/ Vermöge Hochgedachts Fürsten Hertzogen Julii &c. Christmilter Gedächtnüß ausgeschriebenen Revers, hinführo niemand über und wieder seinen guten Willen mit den 4. Bittagen oder Graben gehen/ biß von gemeiner Landschafft dasselbige sonderlich eingewilligt wird/ nicht beschweret werden. *Vid. tamen Recessus de*

anno

anno 1619. §. 19. Recentiores sunt in Ducatu Guelferbytano constitutiones, hoc argumentum concernentes, de anno 1682. 1692. 1696. Ita & in Resolutione citata statutum, si operæ burgenses non essent necessariæ, eas ex lubitu Principis in pecuniam converti posse: Was an obberegten hierinnen verglichenen aljährlichen vier Burg-Fest-Tagen in natura nicht erfodert oder würckl. abgedienet wird / als welches in unserem Willkühr beruhet / soll jeder solcher Spanndienst-Tage von 4. Pferden mit 12. Mgr. und jeder Handdienst-Tag mit 3. Mgr. an unsere Aemter / welche solche Burg-Fest-Tage zuerfodern / von denen Unterthanen bezahlet / selbigen auch diejenige Tage / welche Sie von solchen BurgVesten in einem Jahre etwa in natura nicht abgedienet / im folgenden Jahr nachzuhohlen und zu leisten nicht angemuhtet / sondern dafür obgeregtes Geld blosserdings angenommen / und uns gehöriger massen berechnet werden &c. In præfectura Regio Lutherana operæ burgenses itidem ære redimuntur. Rusticus, qui olim equis operas præstabat, & vocatur ein Spanburg Feste / quotannis se ab hisce operis duobus thaleris, qui autem manu serviebat, thalero liberat. Sic & in aliis præfecturis, ubi præstationes pecuniariæ locum habent, obtinere conjicio.

(u) Omnibus prodesse aggeribus, ut par est, aquas coercere, ne territorium inundent, a nemine facile in dubium vocabitur; inprimis autem illi, qui arva colunt, hic operas præstare debent, cum ex undarum in circumjectos campos præcipitatione maximum paterentur damnum. Denique pontes & viæ, recte se habentes, commerciis, sine quibus respublica beata esse non potest, inserviunt. Itaque & hic rusticorum operæ merito exiguntur. Dolendum est in Germania nostra tot pontium viarumque esse defectus. Guelphici principes de reparandis viis admodum semper fuerunt soliciti, sed res hactenus nondum ex voto cessit. *vid. const. August. de anno* 1643. quæ re-

novata

Omnes itaque rustici sive censitæ sive emphyteutæ, sive villici (l) aliique prædia ejusmodi oneribus obnoxia, possidentes, nec immunitatis privilegio gaudentes (m) se ab operis eximere (n) non possunt.

§. XI.

(l) Dn. Ludewig Oldenburgeri opinionem, quam habet, *in itin. Germ. tit.* 5. §. 13., sequens, asserit, villicos sive meieros ab operarum præstatione esse exemtos; sed huic asserto tot constitutiones, imo ipsa experientia refragantur.

(i) Potest etiam quis ab operarum præstatione præscriptione liberari, si requisitus contradixerit, nec deinde operas præstiterit; atque sic absque nova admonitione triginta anni lapsi sint. Quod si enim domino possessio non interversa, nec præscriptione immemoriali hic locus est, cum exactio operarum sit res meræ facultatis *Carpz. p. 2. constit.* 52, *def.* 12. *Dn. Lyncker.* resol. 36. In dubio autem præsumtio est, rusticos eas operas debere. Enim vero ex illorum statu, de quo supra monuimus, hæc præsumtio profluit.

(n) Moris esse solet, ut rustici ad operas præstandas excitentur, quem in finem villicus Der Hoffmeister oder

Vogt

Vogt adhiberi solet. Est enim penes dominum prædialem, hujus vel illius operas in hanc vel illam septimanæ diem exigere. In diebus festis ab illis sunt liberi; nisi necessitas aliud requirat. Æquitati tamen studeat & misericordiæ, cui operæ præstandæ, illudque, quod in *Rec. Saltz. hal. traditum*, in recenti semper habeat memoria. Damit gleichwol die armen Leute das ihre auch bestellen und einbekommen/ auch jedesmahl so wol in- als ausserhalb der Saat und Erndte Zeit auf einmahl derselben nicht mehr bescheiden/ als zu Verrichtung der Arbeit nöthig/ und daß wegen ihrer Vielheit einer den andern nicht verhindere/ und sie immittelst vergeblich auffwarten und das ihre versäumen. Ex quo autem operæ indictæ sunt, illas redimere non amplius liberum *Recess. cit.* §. 1. Quod autem fieri posse opinor, si rusticus morbo, senio, aliaque corporis imbecillitate gravis, nec substitutum habere queat, aut si equos bovesq; vi hostili vel peste amiserit. Præbetur hic occasio, ventilandi quæstionem, an rustici contra domini voluntatem vices suas alii committere queant. Hoc regulariter fieri non posse, imprimis ubi singularis cujusdam peritia & diligentia nota, quæ in substituto desideratur, arbitror. Quod si vero personæ æque idoneæ vices suas commiserit, hæc a domino, absque æquitatis læsione reprobari non potest. Ejus enim nihil interest, per quem operæ præstentur, modo perficiantur, uti oportet.

§. XI.

Præter operas & aliæ sunt rusticorum præstationes privatæ, in pecunia aut rebus aliis consistentes, quæ itidem varietatem ex vinculo clientari possessionibusque induunt. Debentur autem vel continuo & determinatis temporibus, vel certis tantum in casibus. Priores sunt canones & pensiones, quæ a censi-

tis (o) emphyteutis (p) villicis (q) churmedis (r) Latis (s) aliisque ejusmodi generis ruricolis debentur; posteriores vero laudemium (t) mortuarium, (u) aliasque (w) præstationes, quæ plerumque à præfecturis exiguntur, comprehendunt. §. XII.

(o) Canon, quem solvit censitus, est vel constitutivus, vel reservativus, prout ab alio prædium, reservato sibi saltem censu, est translatum, aut sub hac lege concessum, a ut constitutum interveniente contractu; ita ut ubique in censûs homine plenum sit dominium, qua ratione ab emphyteuta aliisque, aut nullum aut dimidiatum saltem habentibus dominum, differt. Quoniam itaque plenum dominium est penes censuarium, non æque ut emphyteuta, ob non solutum canonem, prædio privari potest, sed adversus illum, ad obtinendos census, aut ad pœnam contumaciæ agi potest. E contra rustico quoque adversus Patronum, censum ultra fas augentem, & sua competit actio, *vide plura apud Leiserum in jure Georgico lib. 1. c. CXVIII. Rhet. in dissert. de censu fundo cohærente. Hornium in jurisprud. feudali c. 2. §. 16. sqq.* Penes quem & quæstio pertractatur, an res in dubio censualis, an vero emphyteutica præsumatur.

(p) Emphyteutici Canonis quantitas convenientibus legibus aut moribus initur, soletque esse major censu, & minor pensione conductoris. Idem & in solario, (Boden-Zinß) quod superficiarius præstat, obtinere solet. Rigidum sane circa canonem emphyteuticum videtur esse jus civile, in emphyteusi ecclesiastica ultra biennium, & in seculari intra tiennium non exsolventem emphyteusi mulctans, a quo rigore nec rusticum, cum peritiores consu ere potuerit, immunem esse, dicunt. Franciscus *Fulgineus de jure emphyteutico p. 291.* Arbitror tamen, hic merito arbitrio judicis aliquid esse concedendum, & imprimis, antequam bonum emphyteuticum rustici ex hoc capite in commissum cadere queat, sententiam judicis declaratoriam requiri, quam alias hic non necessariam esse volunt;

volunt; *Fulgineus lib. 2. p. 258. vid. tamen Brunn. ad tit. Cod. de jure emphyteutico.* Alia hac de re addere merito supersedeo; Instituti enim ratio, academicum edendi specimen, tam circa illa, quæ rustici cum aliis communia habent, quam & circa illis propria, me brevem esse jubet. Interim consuli possunt *præter Fulgineum Velascus in quæst. juris emphyteutici, Julius Clarus de eodem argumento cum annot. Harprecht. aliique quos citat Lippenius in bibliotheca reali juridica.*

(q) Meieriorum mercedem, quæ ab antiquioribus Germaniæ temporibus repeti potest, varietas, quam ratione qualitatis æque ac quantitatis subit, uni includere definitioni non patitur, in quamplurimis locis satis magna præstatur, sic ut domino Ludwigio majorem requirenti assentiri nequeam. Exhaustos fere ubique habemus rusticos, quibus vix necessaria suppetunt alimenta. In caussas hujus mali curatius inquirere, temporis ratio non patitur. In Ducatu Brunsvicensi ab unoquoque jugero (Morgen) modius (Himbte) frumenti solvi solet, quidam tamen pro tertia parte ob agros steriles (der Brache halber) ab hoc onere sunt immunes. Neque ubique idem frumenti genus præstatur. Nonnulli enim non nisi siliginem, alii cum ea etiam hordeum, & avenam præbere tenentur. Sic de prædio centum jugera continente quadraginta modii siliginis, tot quoque modii hordei & viginti modii avenæ præstari solent. In codicillis majoraticis (Meyerbrieff) de anno 1699. ab amico quodam communicatis habetur: und woll = gemeldeten Stiffte (St. Blasii zu Braunschweig als seinem ungezweiffelten Gutsherrn / jährlichen zwischen Michael und Martini unangefodert von den fünff Hueffen Landes / so auff dem Beierstäter Felde belegen Rocken fünff Scheffel / Habern fünff Scheffel lange Maaß / gleichwie es von alters her gebräuchlich gewesen an guten reinen Marckgängigen Korn zu geben / und auff des Stiffts Korn-Haus in Braunschweig zu lief-

 fern.

fern. Regio-Ducalis Julia noſtra a meieris ſuis itidem non unius generis mercedem percipit. Sunt qui ex quatuor manſis ſolvunt einen Scheffel 8. Himbden Weitzen/ 7. Scheffel/2. Himbden Rocken/ 2. Scheffel/ 4. Himbden Gerſten/ und 7. Scheffel 2. Himbden Habern; alii ex duobus manſis 9. Himbden Weitzen/ 3. Scheffel/ 6. Himbden Roggen/ einen Scheffel/ 2. Himbden Gerſten/ und drey Scheffel 6. Himbden Haber. Cum itaque tam, debiles meierorum etiam plerorumque ſint facultates, nullo reſpectu habito ad antecedentes aut inſequentes annos opimiores, ut eſt in locationis contractu, ex jure Romano, illis, ob malum aliquod gravius, fruges affligens, aut penitus conſumens, penſionis remiſſio, ſecundum æſtimationem eorum, qui damnum contemplari jubentur, concedi ſolet. *Receſſus Gandersheimenſis de anno* 1601. § 28. Quid in illa æſtimatione per Electoratum Brunſvicenſem obſervandum ſit, conſtitutiones hodierni Britanniarum Regis de anno 1701. d. 18. April. & 24. Sept. decernunt. Quod ſi vero non talia incommoda mercedem remorentur, imminuant, aut plane tollant, ipſe dominus prædialis, ruſticum in quem jurisdictionem habet, ſi intra diem Michaelis & Martini canonem non exſolvat, ad illud mit Auströſchung / Auspfandung / und andern üblichen Zwangs-Mitteln cogere poteſt, eum autem, qui ſub præfecturæ cujusdam jurisdictione eſt, ut coram competente judice intra diem Michaelis & Martini admonitum primo conveniat, neceſſum eſt.

(r) Vid. *Meiſchner lib.* 1. *Cameralium Deciſ.* 22. & qui eum citat Domin. *Ludvvig de jure clientelari Germanorum ſect.* 3 c 6.

(s) Latos a penſione non eſſe exemtos, & in Epiſcopatu Hildeſienſi præſtare teneri Laten Zins/ Seel Korn Thomas Habern und andere Unpflichten/ jam tum ſupra dictum. E numero præſtationum privatarum, quæ certis anni temporibus exhiberi debent, ſunt gallinæ, quæ Germanis Rauch-Hüner dicuntur. Contendunt JCti eſſe hoc ſignum

juris-

jurisdictionis altæ sive meri imperii *Schœplitz ad consuet. Marchicas P. 2. tit. 5. n. 6. Cothman Consil. 42. n. 33. seqq.* & jocantur, quia gallinæ in altum nituntur, ut ibi requiescant, propterea altitudinem juris significare. Ast, quoad veram originem, nihil aliud est, quam adjumentum culinæ dominicalis, quam, ex veteri apud Germanos vita, vinculo subjectionis dominis obnoxii, offerre tenebantur. Et cum hi plerumque in homines, proprios & in eorum locum succedentes merum imperium habeant, nonnullis in locis altæ jurisdictionis signum reputantur. Gallinis sæpe etiam ova & pennæ ad scribendum aptandæ jungi debent. Pertinent huc quoque, quæ *in Recessu Saltzthal. de anno* 1597. §. 9. inveniuntur: so viel Mey und Herbstbete/ fette Kühe/ Herings-Lichte-Voigt-und Tröscher Geld/ auch dergleichen in etzlichen Aemtern von alters hergebrachte stehende Renthe belangend/ soll es an den Orten und bey den Leuten/ alda und bey welchen es vor 30. Jahren von Anno 86. zurück zurechnen/ damit also gehalten worden/ auch hinführo dabey bleiben/ gleichwoll aber künfftiglich nicht erhöhet vielweniger an andere Oerter oder auff mehr Leute alda/ und bey welchen es vor 30. oder mehr Jahren nicht hergebracht/ extendirt/ oder wenn dawieder gehandelt werden solte/ von den Hoff- und Land- Rähten ungesäumt abgeschaffet werden. Hisce accedit pecunia, qua agricolæ onus, findendi in præfecturis ligna, redimunt, ut &, quod nonnullis in locis brumali tempore ovium gregi, qui ad præfecturam spectat, singuli una per annum nocte in prædiis suis siliginea stramina, in pabulum, præbere tenebantur.

(t) Laudemium a nobis hic in generaliori sumitur significatu, quatenus denotat negotii denuo initi, aut restaurati signum, ab eo, cujus magis interesse videtur, rem esse perfectam, solvendum. De verbi barbari origine jam non simus soliciti, censerri possunt hic *Franzkius de Laudemiis p. 20. 21. Scheplitz in promt. jur. p. 45'. & Ludvvig l. c. p.* 407.

Solet quoque vocari relevium, licet, hoc in ſenſu ſtricto ab illo differre, *Schilter in diſſert. de bonis laudemialibus* notet. In vernacula dicitur Lehnwahre/ Hand-Lohn/ Weinkauff &c. *vid. Franzkium l. c. c. 1. circa finem.* Neſcio, quare Hallenſium JCtus *pago Brunsvicenſium*, ut loqui amat, *invinio, ubi Bachi delitiæ exulant*, nomen Weinkauf invideat. Fateor, Suevica vina penes nos in haud magno unquam fuiſſe pretio, Rhenana tamen ſunt aliaque, quæ a ruſticis territoriorum Brunſvicenſium redimi potuerunt, ut illo tempore, quo inter pocula, ad majorum morem, negotium celebrabatur, aut reiterabatur adponi potuerint. Illi enim, cui obſequium vel reverentia debetur, aut a quo beneficium aliquod aut gratia expectatur, aut ob acceptam lautior offertur potus, & hic mos etiam num inter ruſticos Saxoniæ noſtræ viget, ubi ſpatium datur, ea ex vicinis urbibus petendi. Veritates itaque Ironicæ ſunt, leges hic vini adparatum mentiri. Sumitur autem a nobis vocabulum laudemii hic, ut monitum, illa latitudine, prout denotat ſignum negotii perfecti, quod adhibere placuit, ut in illis bonis, ubi dimidiatum penes clientem eſt dominium, ei utile tantum adeſſe, in iis vero bonis, ubi coloni plane non ſunt partes in dominio, aut ex aliqua ſaltem parte ejus eſt ſubjectum exiſtentiæ, in teſſeram eſſet, non immutatæ bonorum naturæ. Spectant huc quæ habet *Franzkius de Laudemiis c. 2. p. 25.* Ceterum ne anſa errori præbeatur, notandum, laudemium non deberi in caſu, quo dominus rem allodialem in emphyteuſin concedit, aut ſi prima vice feudum conferatur, ſed tantum, cum emphyteuta, conſulto domino, alienet, aut inveſtitura feudalis repetatur. *Richter Conſ. 1. p. 3 Fuligineus de laudemiis qu. 14. p. 386* Ruſtici quoque a laudemio non ſunt imunes, licet dominus eis facultatem, alienandi bona emphyteutica, conceſſerit. *H. Piſt. quæſt. 87. n. 6.* Moribus noſtris laudemii jus ab emphyteuticis bonis ad feudalia, cum jure feudali communi in feudis laudemium ignoretur, cenſualia & alia

plura

plura extensum esse, dicunt. Quod ad quantitatem ejus attinet, ex L. ult. C. de jure emphyteutico quinquagesima pars pretii a novo emphyteuta solvenda erat. Hodie mores hic variant, plerumque quinque pro singulis centenis, quandoque & decem domino directo, si emphyteusis in extraneum, nonnullis in locis etiam quando ad eum, cui successio legalis competit, transfertur, præstari debent *Carpzov. p. 2. c. 38. §. 11. Struv. jurisprud. Rom. Germ. forens. lib. 2. tit. XII. §. 10. In ordinatione politica Magdeb. c. 28. statutum*: Daß die Lehn-Wahre (von den Zinß-Güthern) hinfürder nach Verordnung gemeiner Rechte nur in den Fällen/ da sich dieselbe zu nehmen gebühret/ als wo die Güther verkaufft oder verwechselt oder gemachter Schulden halber darein verholffen/ und der Kauff-Wechsel oder Hülffe durch adjudication würcklich vollzogen und nicht höher/ dann von Funffzig Gulden einer soll genommen werden/ wann aber die Lehn-Herren oder Lehn-Leute versterben/ oder sich sonsten Veränderungen zutragen/ so soll es wie gebräuchlich/ bey doppelten Zinsen/ so viel solche Güther zu geben pflegen/ bleiben. Quæritur hic, quid obtineat, si diversitas sit ratione quantitatis laudemii in loco domicilii domini directi, & in loco rei sitæ emphyteuticæ? et respondetur; tunc respiciendum esse ad illud, quod usu receptum, in illo loco, ubi res emphyteutica sita. Nam cum hic potissimum in quæstionem veniat ipsa res emphyteutica, merito ex illius affectionibus etiam extrinsecis, quantitas est determinanda. Quod si vero laudemium difformiter exactum, consuetudo nulla induci potest, sed ex sententia doctorum ad jus comm. recurrendum. *Bœrius decis. 132. n. 4 Colerus P. E p. 1. c. 3. n 39.* De laudemio *in Recessu Salzthalensi* §. 29. *hæc habentur.* Die Leen-Ware belangend/ wird es denen so sonderliche Gedinge/ wie auch denen welche die nechsten drey Fälle gleichförmige LeenWare gegeben und angenommen haben/ dabey so wol zu Hofe/ als bey denen von Adel im Fürstenthum/ wie

denn

denn auch so viel die Leen-War bey Hoffe belangend/ ausserhalb itzt ermeldter beyder Fälle/ bey der von mehr hochermelten Fürsten/ Hertzogen Heinrich den Jüngern gemachten/ und seithero ingemein gebrauchten Leen-Tax: Den After-Leen-Leuten aber/ so den von Adel Leen War zu entrichrichten schuldig/ ausserhalb oberwehnter beyder Fälle es bey nachfolgender Tax billig gelassen: Nemlich von einer Hufen Landes wenn es guut Acker ist/ Fünff Thaler/ wenn er aber nicht gar gut ist/ drey oder Vier Thaler/ von einen Zehenten der dritte Theil eines Jahres Aufkunfft/ von einer Marck Geldes einen Oorts Thaler/ von einen Brunswigischen in Leen-Brieffe verschriebenen Scheffel Korns/ einen halben Thaler/ von einen Koth-Hofe da nichts bey ist einen halben Thaler/ da aber etwas bey ist/ nach Vielheit desselben 3. Oorts Thaler/ einen Thaler/ 5. Oorts Thaler/ oder anderthalben Thaler. Dabey denn auch in acht zu nehmen/ daß von den Gütern die einer in Leen-Brieffe/ aber nicht selbst/ noch durch Afterlehen-Leute in Besitz hat/ weder bey Hoffe/ noch von den von Adel einige Leen-War zu nehmen sich gebühret. In Bavaria laudemium, de feudo ignobili pendendum in singulos centum florenos quinque complectitur. *Jus provinciale Bavaricum tit.* 12. *art.* 8. Differentia inter laudemium emphyteuticum, & feudale potissimum in eo consistit, quod in emphiteusi illud regulariter non nisi res vectigalis ad extraneum transferatur, rn feudo vero, ubi novus dominus directus aut vasallus existit, præstandum. *vid. Hartm. Pist. l.*1. *qu.ult. n.*16. Solet quoque in conductione decimarum laudemium præstari. Est autem plerumque laudemium in ipsa investitura solvendum. *Edictum Electorale Brunsvic. de an.* 1691. Et licet in literis investituræ nulla ejus facta mentio, debetur tamen, modo ibi locorum usu sit receptum. Posse tamen triginta annorum præscriptione jus petendi illud tolli, autumo, si domino alienatio non sit ignota. Per tantum enim temporis tractum silens, juri suo renunciasse creditur. *Ant. Acac. de Ripoli variar. resolut. c.* 7. *n.* 395.

Quod

Quod autem ad meierorum præstationem laudemialem attinet, in renovatione contractus villicalis, quæ omni novennio in Guelpherbytano territorio fieri debet, exhibendam, bey Verlust der Meyerstatt *Constitutio Rudolphi Augusti & Antonii Ulrici de anno 1703. d. 21. Junii, de illa in Recessu Saltzthalensi* §. 19. *hac traduntur.* Daß die Meyer nach Verfliessung Neun Jahren die Güther von neuen Meyerweiß annehmen / und an den Ort da der Acker / Guth / und Zinsen nicht alzu hoch / von jeder Hufen einen Reichsthaler / von andern aber nach Gelegenheit einen halben oder Oorts-Thaler dem Guths Herrn vor die neue Meyer Zettul zu Weinkauff geben sollen. Ubi autem renovatio non obtinet, Laudemium ad majorem ascendere solet summam. Sic in Comitatu Lippiaco sunt, qui trecentos & amplius thaleros solvunt. Potest tamen tempus renovandæ investituræ ex conventione partium brevius statui, quilibet enim juri, pro se introducto renunciare valet, modo illud non in contemtum & fraudem legis fiat. Præterea hic, æque ac in subfeudis, pro diplomate investituræ conscribendo, pecunia quædam præstanda est, quæ vocatur das Meier Brieff Geld Laudemium investituræ annexum esse solet, & cum in Clivicisterris Curmedi investituræ ritu succedant, ideo ab iis haud dubie aliquale etiam laudemium solvendum erit *Dominus Ludvvig l. c. sect. 3. c. VI.* §. *IX.* Sic & in Geldria & Clivia in renovatione rei lassiticæ laudemium præstari *ex Sand c. 1. de feudis Geldriæ n. 35. & Melchior Voet. hist. Cliv. pag. 90. n. 273* constat. In lassiticis Hildesiensium terris, & laudemium requiritur, si lassiticum bonum ad heredes testamentarios, aut ad extraneos alienatione devolvatur; heredes vero ab intestato a laudemio sunt immunes, excepto ædificio (Pfalstidde) de quo omnes idem præstant. Ceteroqui ex testamento succedens dimidium saltem arrhæ præbere tenetur, quod ab extraneo exigitur. Sunt enim ab hoc ordinaria, ut vocantur, jura præstanda: Vor eine Mor-

gen Acker Landes dem Laetherren 6. gr. von der Hauf oder Pfalstidde 1. thl. dem Landesfürsten ins Gerichte 5. Körtl. dem Amtmann und Amtschreiber jeden 3. gr. dem Laetgräven 1. gr. dem Vogt 1. gr. jedem Beysitzer 4. gute Pf. und jedem Urtheil träger 4. gute Pf.

(u) de Mortuario Haupt-Recht todte Hand/Weide Mahl/Baulebung/Buwleninge/Buwdelinge multa notata digna habet *Schott. c. 2. conf. quoq; du Cange in vocab. Curmed. & mortuarium. Besoldus & Wehner in vocabulo* Baulebunge/Hauptfall. *Harprecht de Jure mortuario. Meind. diss. 1. de J.C. p. 19.* Jus hoc luctuosum, denato rustico, optimum sæpe pecus, conjuge vero ejus mortua vestimentum optimum aut etiam lectum domino adscribit. Præstatur enim ex prædiis litonicis, quocunque demum jure habeantur. Ex emphyteutico fundo alicubi etiam dominum, optimum emphyteutæ pecus, equum vel bovem requirere, ex *Magero de Advocatia armata c. 6. n. 755. Leiserus in jure Georgico lib. 1. c. XV. n. 39.* docet. Curmedica bona huic oneri subesse, ex *Ludvvigo l. c. sect. 3. c. VI. p. 284. n. 2* patescit. De praxi hujus juris in Ducat. Brunsv. *Schottelius p. 46.* sequentia profert. Und hat es in diesen Lande damit diese Bewandnis / daß von den Ackerleuten / wann der Mann oder Haußwirth stirbet / das Pferd nechst den besten / von den Halbspänner ein halbes Pferd / von den Köthern oder Kothsassen aber / wann unter denen der Haußwirth stirbet / die Kuh nechst der besten / abgefodert / ans Amt genommen / und den Landes Fürsten / oder den Gerichts-Herrn / als ein heimgefallenes Gut berechnet wird. Cum autem sæpe præfecturas Principum nomine moderantes in exigenda hac præstatione nihil misericordiæ darent, Henricus rigori huic modum ponere cogitavit a. 1433. cum consensu Ordinum decernens dat we unse prælaten / manne und alle diejenigen die unser Herrschop hebben eigene Lüde / oder Laten sie sin Mannes oder Frowen / kunne bey örem levende to Beddemunde nicht mehr nehmen / edder van öhrentwegen nemen / edder eschen laten schüllen / bowen

dat /

dat/ alſo van olders wegen gegeven hebben und darboven nicht ferders beſchweren. Ut autem in fœminis jus mortuarium exerceatur, nec in Ducatu hoc, nec in terris vicinis moris eſſe, idem Schottelius p. 47. teſtatur. Imo ut ſupra monitum, hodie plerumque in certam redigitur pecuniæ ſummam, quæ conventio in ſuperiori Germania Haupt-Recht Thedingen vocari ſolet. *Wehner in voce Haupt-Fall.* Ejusdem ſortis eſt merces copulationis oraliter petitæ Bedmund/ ad ſpurcum forte cenſum, de quo ſupra diximus, referenda: *Jus provinciale Saxon. lib. art. 73.* Der Bräutigam muß ſich perſöhnlich bey der beſtalten Obrigkeit auf dem Lande anfinden Beweis mündlich ſein Vorhaben zu heyrahten anbringen/ und wann ſolches erlaubet und verzeichnet wird/ deshalber ein geringes jedoch gewiſſes Geld ins Amt erlegen/ und zwar zum erſten mahl giebt er 20. Mgr. 6. pf. /zum andern mahl 14. Mgr. 4. pf. /zum drittenmahl 7. gr. 4. pf./ zum vierten mahl giebt er nichts/ *Schott. p.* 27. Quantitas tamen ex conſuet. varietatem ſubit.

§. XII.

Ruſticorum præſtationibus non male accenſentur decimæ. Sunt autem nobis hic (x) illæ, exactiones (y) ex præcepto divino (z) olim ſacerdotibus tantum in alimenta, hodie omnibus hoc beneficio gaudentibus (a) ab omnibus, qui non fruuntur immunitate (b) ex rebus victui & amictui inſervientibus (c) aut etiam reditibus (d) quantitate determinata, debito loco & tempore (e) præſtandæ.

§. XII.

(x) De variis vocabuli ſignificationibus à *Syringio c.* 1. agitur, qui c. 2. inter decimarum ſpecies jus detractus & laudemium quoque refert, quæ autem ſub hoc vocabulo, prout illud communiter adhibetur, non intelliguntur. Interim hic notare liceat, quod ſupra omiſſum, ab ho-

hodi-

dierno Britanniarum Rege an. 1708. constit. promulgatam, ne subditi territoriorum suorum ex una provincia in aliam, aut ex uno in alium discessuri locum, juri detractus subsint.

(y) Hac voce differunt ab oblationibus, quæ sunt præstationes charitativæ in usum pauperum aræ plerumque adpositæ. Primitiæ in gente judaica maxime usitatæ mediæ fuisse naturæ videntur. Cum decimis affine habebant, quod ex præcepto domini deberentur; cum oblationibus vero, quod non ad certam quantitatem determinatæ, nec reiterari solerent. Penes nos, quos præceptum illud judaicæ reipublicæ non obstringit, potius ad oblationes pertinent, quoniam necessariæ primitiarum præstationis in gente Christiana jam nulla ferme exstant vestigia, nisi huc referre velis, munuscula quæ nonnullis in locis sacerdotibus parochiarum membra, in mores eorum & de fide notitiam inquisitum, visitantibus, sub nomine der Wesel Steuren / præberi debent. *Rebuffus de decimis quæst.* 1. *n.* 17. *Moneta de decimis c.* 2. *in fine. Syring de decimis c.* 2. *n.* 4.

(z) Nullum juris naturæ dictamen habemus, quo decimas suppeditare jubemur. Suadet quidem illius juris regula, quod tibi vis fieri, alteri feceris, ut stipem egenis præbeamus, sed ut illa decimam rerum ad nos spectantium exhauriat, non inculcat. Judaicæ genti, Clero, cujus nullæ in terra Canaan partes erant, ne terrestrium bonorum cultura a servitiis divinis distraheretur, decimas præstare Deus injunxit. Præceptum autem illud, Rempublicam tantum Judaicam attinens, Christianos non obligat. *Historia sopra i beneficii ecclesiast. p.* 85. *seqq.* Liber Pauli, celebris Historiæ Concilii Tridentini script. nomen præ se fert, sed illum ejus autorem esse, a multis dubitatur. Quo tempore inter Christianos potissimum decimæ exigi cœperint, admodum incertum. Sunt, qui originem earum ad Constantini M. tempora referunt, alii ad Caroli M. ævum; sed prius incertum, posterius falsum. Exstat enim Clo-

tharii

tharii I. constitutio de decimis anni DLX. *apud Sirmondum*, cui junge Concilium Marisconense de anno 585. c. 5. & epistolam Episcoporum post Synodum Turonensem anno DLXVII. ad plebem datam, *ut unusquisque ad exemplum* Abrahæ decimas offerat de suis mancipiis. *vid. Cangium in Glossario sub voce decimæ. Hertii notitia Franciæ c. 3. §. 52.* Interim nonnulli putant decimas omni illo tempore, usque ad Concilium Lateranense, magis suasas, quam præceptas esse; licet in Concilio Cabilonensi jam tum in illos, qui decimas, post crebras admonitiones & precationes sacerdotis, dare neglexerint excomunicationis censura statuta *vid. & capit. lib. 2. §. 39. p. 749. tom. I. apud Baluzium*, jubenturque Missi, *constringere illos qui nonas & decimas debent, ut secundum capitularem priorem, solvant unius anni nonam & decimam cum sua lege & insuper bannum regale. Et hoc eis denuncietur, quod quicunque hanc negligentiam iteraverit, beneficium unde hac nona & decima persolvi debuit, amissurum se sciat. Addit. quarta apud Baluzium tom. I, p. 1214. §. 99.* De origine decimarum *conf. quoque Zypæi consult. canonic. lib. 3. consult. 5. p. 170. & D. Meinders.* Non tamen prætereundum puto, nonnullos ex facultate imperii, cujus apud Samuelem mentio fit, jus decimarum regalibus annumerare: verum licet populo liberum sit, per decimarum concessionem Principis victui, aliisque, quibus eget, subsidia quædam præbere; Illud autem in Germania nostra hactenus usu non obtinuit, nisi quod decimæ novales, quæ ex agro, post hominum memoriam inculto, deinde coli cœpto debentur, & hodie inter effectus superioritatis territorialis in terris Protestantium recenseantur. Est enim omne solum, quod culturam aliquam patitur, sed hactenus incultum jacet, a populo occupatum, cujus deinde Princeps vices gerit, aut etiam ejus jus per pactum consecutus est, ita ut illi fas sit, pro soli concessione decimam exigere. Quicquid hoc est juris, etiam Principibus nostris in Concordatis Germ. de

anno 1445. Pace religiosa de anno 1555. Instr. pac. art. 5. tribuitur. *Thomas Michael de jurisdictione* §. 49. *Webner in voce noval.* **Zehnden** §. 4. In ordinatione provinciali Guelpherbytana §. 25. idem asseritur, sub limitatione tamen aliqua hoc in territoriis Brunsvicensibus obtinet: Wenn es unsere oder gemeine Holtzunge / darinn wir die höchste Erb-Exse sind / wo aber die Höltzungen unsern Land-Ständen und Unterthanen zustehen dem Grundherrn zu entrichten. Wann aber ausser Holtzungen aus gemeiner Hude und Weide mit consens der interessenten Rod-Land angewiesen wird / so muß der Rod-Zehende davon an Uns abgestattet werden. *Recessus provincialis Gandersheimensis* §. 15. *Georgii Ludovici jam Britanniarum Regis ordinat. decim. de anno* 1709. §. 9. Romanæ sedi addicti, decimas novales ex juris Canonici placitis *c. quoniam & c. tua* §. *ult. X. de decimis* Parochis, sub quibus nova agrorum hactenus sterilium cultura instituitur, adtribuunt; nec in Principem cadere posse vociferantur; sed argumenta eorum refellit *Syring c.* 7.

(a) Decimæ, in alimenta Sacerdotum egenorumque solatium, Ecclesiis potissimum concessæ. Solebant autem decimæ Christianorum antiquioribus temporibus hoc modo dividi, ut una pars Episcopo, alia Clericis, tertia pauperibus, quarta Ecclesiæ in fabricis applicetur *Lex Salica a Carolo Magno emendata* §. *XXIII. Lex Longob. lib.* 3. *tit. III.* § *II.* atque hoc in Concilio Salesburgensi conclusum autor est *Aventin. l.* 4. *annal. Cangius in Glossario sub vocab. decima* tres saltem statutas decimarum partes memorat, sed in c. 7. capit. de an. 779. nulla distributionis hujus fit mentio: attamen *in capit. Episcop. de anno* 801. *c.* 7. ea, quæ Clericis & Episcopis adjudicanda, in unam componuntur partem. Fiebat autem hæc distributio ab Episcopo, aut alio sacerdote, quibus decimæ exhiberi debebant *L. Longob. tit.* 3. §. 3. *Capitul. Carol. & Ludov. Imp.* 290. *apud Lindenbr. p.* 1101. *Homilia incerti autoris de decimis & jejunio, qui ævo Caroli M. vixit apud Baluz. in append. auctorum veterum p.* 1376. Quanquam dubium

dubium sit, an illa distributio ubique in Germania invaluerit. Quod ad Saxoniam Christianam attinet, ibi quoque decimarum primordia Clero tantum fuisse proficua, ingens ille zelus, quo Carolus M. cum posteris suis in sacerdotes ferebatur, mihi persuadet. Exstant hujus rei non pauca in Capitularibus indicia, ex quibus profluere videtur, Carolo Magno hæsisse opinionem, Ecclesiis tantum dari posse. *In Capitul. Caroli M. de anno* 789. §. *XVII. p.* 253. *apud Baluzium tom.* 1. sequentia habentur: *Similiter secundum Dei mandatum præcipimus, ut omnes decimam partem substantiæ & laboris sui Ecclesiis & Sacerdotibus donent, tam nobiles quam ingenui, similiter & liti juxta quod Deus dederit unicuique Christiano partem Deo reddant. Sic & capit. lib.* 5. § 154. *p.* 854. *apud Baluzium tom. I.* dicitur: *Admonemus atque præcipimus ut decima Deo omnino dari non negligatur, quam Deus ipse sibi dari constituit, quia timendum, ut quisquis Deo suum debitum abstrahit, ne forte Deus per peccatum suum auferat ei necessaria, & qui decimam Deo dare neglexerit, novem partes auferuntur ab eo.* Plura hujus argumenti passim in capitularibus occurrunt. Nec aliter est in capitulatione de partibus Saxoniæ ut monet *Hertius in notitia Regn. Franc.* Interim non possum non accedere *Domino Kressio, in dissertatione proemiali ad Thummmeruthum asserenti*, hoc institutum ætatem non tulisse. Lux quædam huic rei affunditur ex actis Comitiorum Geilenhusensium de anno 1184., quæ refert *Goldast. tom.* 2. *constit. Imperial.* in quibus Fridericus I. ait. *Scimus autem decimas & oblationes a Deo Sacerdotibus & Levitis primitus deputatas. Sed cum tempore Christianitatis ab adversariis infestarentur Ecclesiæ, easdem decimas præpotentes & nobiles viri ab Ecclesiis in beneficio stabili acceperunt, ut ipsi defensores Ecclesiarum fierent, quæ per se obtinere non valerent,* Deinde ab illo more, decimas Clericorum esse peculium, discessum, laicisque impertiri cœpisse, varia tam veterum, quam recentiorum apud *Eiben in electis feudalibus c. X. p.* 622.

622. *op.* luculentissime docent loca. Quibus addi potest, quod in *chronico Episcoporum Hildes. apud Leibnit. t. 2. pag.* 790. traditur, sub Udone XVIII. Hildesiensium Episcopo decimam in Netlingen Monasterio Scti Michaelis ablatam fuisse, & vasallis de Salder donatam. Ab Ecclesiis Secularibus, ut eorum advocatia & tutela contra vim hostium fruerentur, sæpe & in feudum sunt datæ, quod & ex iis quæ a Friderico I. in Comitiis Geilhusanis apud *Arnold. Lubec. in Chron. Slav. lib. 3. c.* 18. *& Lehm. in Chron. Spir. lib. 5. c. 67. p.* 481. ut & *a Scat. in Annal. Paderborn. ad ann.* 1187. proferuntur, constat. *vid. quoque c. statuta §. sane de decimis in 6to. Covaruv. variar. resolut. lib. 1. c. 17. n. 5.* Comitibus Flandriæ a Pontificibus ad pellendos barbaros decimas attributas, testatur *Zypaus re- spons. J. C. II. lib. 3.* Nec video, quid hæc concessio inique habuerit, ut *Covaruvias l. c. Gutieretz. prat. lib. 1. quæst. 15.* opinantur. Ecclesiæ enim donationum piarum mole laborabant, nihilque æquitati & præceptis divinis tam conveniens, quam navatæ operæ stipendium aut præmium concedere, Unde nihil inpedit, quo minus decimæ tanquam res temporales laicis permitti potuerint. Nihilominus Alexander tertius Seculares decimarum subjecta incapacia ratus, non seculo XI. sed XII. anno nempe 1179. pro quo apud Vultejum de feudis, ex errore typographico, annus 1379. est positus, Concilium Lateranense congregavit, in quo prohibitum, ne in posterum laicis decimæ concederentur, indultum vero, ut decImas ante Concilium Lateranense concessas, retinere possent *c. 19. X. de decimis c. 2. §. sane in 6to. Covaruv. variar. resolut. lib. I. c. XVII. p.* 89. Urbanus vero majori adhuc ardore omnibus Laicorum decimis inhiavit; sed fortiter restitit Imperator Fridericus, adstipulantibus Germaniæ Episcopis. *Schilter de libertate Ecclesiarum Germaniæ lib. 5. c. 6. §. 7. Petr. de Marc. de concordia sacerdotii & Imperii lib. 6. c. XII. §. X. p.* 220. *edit. Parisien.* ubi de va-

sto

ſto, ſed injuſto ſedis Romanæ conatu agit. Auſa tamen Urbani III. aliquem in Germania habuiſſe effectum, ex eo ſuſpicor, quod, autore Ottone Marchione, anno 1194. jus decimarum in Thuringia ad Archiepiſcopatum Moguntinum transierit *vid. Schilterum de libertat. Eccleſ. German. lib. 5. c. 6. §. VIII.* ubi habetur diploma Sifridi Archiepiſcopi Mogunt. Urbani veſtigia deinde premens Clemens IV. antea JCtorum Gallicorum primarius, ut ipſum vocat Platina, Germaniam, ſub prætextu corrogandorum ſumtuum ad recuperanda Paleſtinæ loca, decimis emungere allaboravit: ſed Joannes Semeca, vulgo Joannes Teutonius dictus, Germaniæ JCtorum tum temporis Princeps, S. Steph. Halberſtadienſ. Præpoſitus, fallaces aulæ Romanæ artes, publicæ expoſuit luci, atque ad Concilium appellavit, docuitque, ut eſt in ſumma confeſſionis ejus apud *Eiben in electis feudalibus c. X. p.* 622. b in fine, *ut videlicet non tantum nobiles ſed & ignobiles ſeu plebei posſint habere decimas in feudum ſine peccato, easque donare, vendere, vel alias alienare, prout res juxta naturam feudi posſint tractari. Conf. quoque Pancirollus de claris legum interpretibus lib. 3. c. 6. p. 323. ult. edit.* Ex tali autem maſcula ſane & heroica virtute, Pontificis, fortaſſis ejus etiam ex eruditione æmuli, indignationem tulit. Machinati quoque ſunt, ipſum præpoſitura exuere, ſed conamina hoſtium irrita fuere. Et ſi quid forte mœroris ex turbis iſtis, quibus conflictabatur, perſenſerit, id per aſſenſum, quem ejus ſententiæ magni per Germaniam viri præbebant, & conſtantiæ laudem penſatum eſt *Cranzius l. 8. Sax. c.* 27. lites autem utriusque mors tandem interemit. *Autor catalogi manuſcript. Epiſcoporum Halberſtadienſium in Wolrado Epiſc.* 26. recenſet epitaphium tumulo ejus, in Cathedrali Eccleſia Halberſt. excavato inſcriptum, quod & apud Wennigſtad in chron. reperitur

Eſt, erit, atque fuit, qui deſiit eſſe Joannes
Dogma viget, viguit, florebit omnibus annis

Lux Decretorum, Dux doctorum, via morum
Hic jacet & placet, ut vacet a pœnis miserorum.

Neq; post Semecæ mortem Pontificum conatus prosperiori usi sunt fortuna. Placita enim aulæ Romanæ de decimis Germani nunquam penitus passi sunt; licet eo antea inclinarent Henricus II. & Conradus apud *Brovverum in antiquitatibus Fuldensibus lib. 3. c. XV. & XVII. lib. 3. p. 252. 264.* quippe cum & postea laicis decimæ concessæ. In Wennigstadii chronico Halberstad. sub Burchardo libero Barone de Warberg Episc. 37. memoriæ proditur, hunc in bello Hohensteinensi infeliciter pugnantem, ut ab hoste captos in acie nobiles redimere posset, decimas eis concedere debuisse. Den Adel muste der Bischoff lösen mit den Gütern seiner Kirchen / und damit krigten die von Adel erst den Zehenden von der Kirchen die ihre Erben noch zur Zeit haben. *vide Guidonem Papam decis. 288. & in notis Matthæum.* Quanquam facile crediderim, clericorum haud paucis omni tempore persuasum fuisse, potius sibi præ laicis ad decimas esse jus. Adducam hunc in finem diploma Episcopi Paderbornensis, quo concessionem decimæ Ecclesiæ Cathedrali Bilfeldensi factam, ut Dn. directus confirmat. Et ut recte se habeant omnia, concessionis tabulam præmittendam duco, cujus sequens est tenor: Bernhardus Comes „de Ravensberge universis ac singulis præsentia visuris vel „audituris in perpetuum salutem &c. Novitis quod cum „Decanus & Capitulum Ecclesiæ collegiatæ in Bilevelde „decimam Wernincktorpe in parochia Orlinghausen, cum „decimis curiarum, domorum & casarum in Wiesting„hausen & Otinghausen ad eam pertinentibus, si tam, „ab Eykchardo quondam dicto de Lodere milite & suis „hæredibus, quam idem dum viveret, a Dominis no„stris progenitoribus felicis memoriæ defunctis in Ra„vensberge Comitibus tenebat in pheudo, de consilio „voluntate ac connivencia, dictorum dominorum nostrorum

„strorum progenitorum justo emtionis titulo legitime „compararunt, & quam præfati nostri progenitores ante nos hactenus, plena tamen præfati Eykhardi militis „& suorum hæredum accedente resignatione, cum omnis „juris sui renunciatione ad usus Ecclesiæ Bileveldensis „prædictæ, ab Ecclesia Paderbornensi in pheudo tenuerunt, quam & nos similiter post ipsos in pheudo recepimus & tenuimus, ad usus Bileveldensis Ecclesiæ memoratæ. Nos vero Ecclesiam Bileveldiensem prædictam præter progenitores nostros & nos fundatam & „dotatam favore prosequentes speciali & ejus proficuum intendere cupientes, consideravimus præfatæ Ecclesiæ Bileveldiensi magis expedire, atque cautum esse, „quod eadem decima cum suis pertinentiis prænotatis „incorporaretur, & ipsam in proprio possideret, ipsam decimam de Werninicktorpe cum decimis & pertinentiis suis prætactis venerabili domino Bernhardo Paderbornensi Ecclesiæ Episcopo Domino nostro ad „incorporandum ipsam Ecclesiam Bileveldensem de eadem ,& ad dandum in proprium, amore ipsius Ecclesiæ „Bileveldensis resignavimus, atque resignasse præter præsentes evidentius profitemur, renunciando nihilominus pure & plane omni juri quod nobis seu nostris „hæredibus aut susceſſoribus in eadem decima competebat, seu competere poſſet in genio de jure vel de facto „quomodolibet in futurum.

„ In quorum omnium robur & evidens testimonium sigillum nostrum ex nostra certa scientia, præsentibus viris honestis Swedero de Busche, Alexandro „Topp, Friderico Klencoh militibus, & domino Liborio, Canonico dictæ Ecclesiæ Paderbornensis Notario „venerabili, domini Episcopi supra dicti tum aliis pluribus fide dignis. Dat. die Sancti Lucæ Evangelistæ anno „Domini millesimo CCC. tricesimo quarto.

„Not. appensum est sigillum in cera rubra cum inscri-
„ptione.

„sigillum Comitis de Ravensberg

„ab altera parte sigilli invenitur inscriptio.

„In nomine Domini amen. Bernhardus Dei gratia Pa„derbornensis Ecclesiæ Episcopus, salutem omnibus in „perpetuum, supplicaverunt nobis nobilis vir Bern„hardus Comes de Ravensberge, Patronus collegiatæ „Ecclesiæ in Bilevelde, nec non honorabiles viri Deca„nus & Capitulum ejusdem Ecclesiæ nostræ dyœcesis; „quatenus decimas quasdam, unam videlicet decimam „toden Eck sitam in parochia Jollenbecke, & domum to „Dethmeringtorpe, & alteram decimam to Werningtor„pe, in parochia Orlinghusen sitam cum decimis curia„rum & domorum in Wistinckhausen Otinckhausen ad „dictam decimam Wernincktorpe pertinentibus, & mansi „in Milse dicta Chronschagen, ab Ecclesia nostra titulo „pheudi descendentes, præfatæ Ecclesiæ in Bilevelde, „appropriare, incorporare, & inperpetuum dare, cum o„mni integritate, ac universis suis juribus & pertinen„tiis ad præfatas decimas spectantibus, voluntarie digna„remur Nos vero supplicationibus hujusmodi, nec non „nobilis viri Ottonis piæ recordationis quondam Comitis „de Ravensberg nobis & nostris prædecessoribus pluries „dum viveret directis, pro appropriatione seu incorpo„ratione dictarum decimarum præfatæ Ecclesiæ facien„da humilibus & devotis grato occurrentes consensu, cum „*decimæ debeant potius ad Ecclesias & personas* „*ecclesiasticas, quam ad laicos pertinere*, interve„niente in hoc consilio, voluntate & consensu honora„bilium virorum Decani & Capituli nostri omniumque „illorum, quorum consensus ad hoc de Jure fuerat requi„rendus, prædictas decimas cum omnibus suis juribus „& pertinentiis in magnis & minimis appropriamus in

corpo-

"corporamus & in perpetuum damus præfatæ Ecclesiæ in "Bilevelde, quantum ad jus possessionis, & quantum ad "jus proprietatis pleno jure quiete & pacifice perpetuo "possidendas, nihil juris nobis aut successoribus nostris "ac Ecclesiæ nostræ Paderbornensi in dictas decimas & "ipsorum juribus ac pertinentiis de cetero reservantes & "in præmissæ appropriationis seu incorporationis testi"monium, præsentem literam desuper conscriptam dari "fecimus, ad perpetuam rei memoriam nostro & Ca"pituli nostri prædicti sigillis patenter & publice robora"tam, Et nos Præpositus Decanus & Capitulum Ecclesiæ "Paderbornensis in testimonium nostri consensus huic "appropriationi intervenientis sigillum nostrum duxi"mus præsentibus apponendum.

"Actum & datum in die Lucæ Evangelistæ anno Do"mini millesimo trecentesimo tricesimo quarto. Nihilonimus, ne dicam, ineptum est, hodie distinctionem decimarum in seculares & ecclesiasticas lacessere velle, quoniam ipse Papa Pius II. *in documentis rediviv. Wurtenb. p.* 188. consuetudinem laicis conferendi decimas probat, nec *Concilium Tridentinum sessione* 23. *c. XVIII.* improbat, totque viri, Romanæ Ecclesiæ formulam sequentes, huic sententiæ subscribunt, quorum aliquos citat *Eiben l. c. p.* 623. *& Syrtng. p.* 12. Cumque ita Lateranense decretum, quod, nisi dispensante Papa, laicis nullas novas concedit decimas, in Germania nunquam generaliter receptum, & jam territoria Principum protestantium à vinculo, quo olim Romano Pontifici obnoxii erant, immunes; prorsus, assentior, hic tam actionem de spolio, quam & præscriptionem locum habere, licet probari nequeat, illam decimam jam ante Concilium Lateranense in Laicorum manibus fuisse, aut ex privilegio Pontificis permissam. Ratio enim est invalida, quæ in contrarium urgetur, quod scil. Laici decimas, ante memoratis requisitis non existenribus, possidere nequeant; ubi autem nulla possessio, ibi nec

præſcriptionem, ne quidem immemorialem locum habere poſſe *c. cum Apoſtolica X. de his quæ a Prælatis, Covaruv. lib.* 1. *variarum reſolut. c.* 17. *p.* 90. & autores *à Lynckero reſponſ.* 2. *p.* 31. *n.* 181. 82. *cit.* Petitio namque principii eſt, quod in Germania citra Pontificis privilegium, aut conceſſionem ante Concilium Lateranenſe, nullæ haberi poſſint decimæ, & ſic corruit etiam ſubſumtum, decimas in Germania absque requiſitis illis poſſideri non poſſe. Requirunt tamen hic præſcriptionem immemorialem vid. *Syring. addit. prim. p.* 522. 524. Verum quid decimæ aliud ſunt? niſi res temporales nullo peculiari favore gaudentes, præterquam quod ratione originis ſuæ aliquid ex elemoſyna trahere videantur. Neſcio, quare hic anni præſcriptionis longiſſimi temporis ſufficere non debeant: Cum & res Eccleſiæ immobiles 40. annis, præſcribantur; niſi lege aut conſuetudine aliud ſit introductum. Quod ſi quis jam poteſtati decimandi gaudeat, pollet quoque libera de decimis pro lubitu diſponendi facultate. Poteſt itaque loco ejus pecuniam accipere, quod & Epiſcopis ſecundum Capit. licebat *Baluzius tom.* 1. *§. CLXV. p.* 122. *vid. & Spec. Sax. l.* 2. *art.* 48. aut eis, qui decimas præſtare obligantur, ut loco frugum frumentum ſpicis excuſſum præbeant, concedere. Huc ſpectat modus ille, quem vocant verdingen, ſoletque hic ruſticorum illorum, quorum agri decimis obnoxii, prærogativa eſſe. *Conſtit. de anno* 1564. Neque tamen ullum illis inde jus enaſci poteſt, etiamſi immemoriali tempore decimam in granis præſtiterint. Eſt enim res meræ facultatis, cui nunquam præſcribitur. *Schmid ad jus municipale Bavaricum tom.* 3. *tit.* 28. *art.* 8. *Köppen deciſ. XII. n.* 12. Idem eſt *in ordinat. Lippiaca de anno* 1664. **wegen der Dienſte/ Zehnde und Pächte**: Gleicher Geſtalt und zum zweyten ſoll dem Herren/ gleich wie die bey den Dienſten ſeinen Zehnten in natura ſelbſt auszunehmen/ ziehen oder zu verdingen bevor bleiben/und dagegen keine Zeit/ bey welchen der

der Haußmann den Zehnden selbst gezogen/ und reine Früchte davor gegeben/ zum præjuditz des Zehntherrn nicht allegiret werden. vid. *constitut. August. de anno* 1651., quæ renovata 1691. *Recess. Saltzthal.* §. 17. ubi circa elocationem decimarum triginta annorum præscriptio, quæ ab anno 1586. incipit, admittitur. Quæritur autem an rustici parocho decimas solvere obstricti, illi, qui eis verbum divinum enunciat, sacramentaque administrat, an vero ei, in cujus parochia agri siti sunt, decimas præstare debeant, Jure Canonico est indecisum; cum autoritates sanctorum patrum hic sint diversæ *cap.* 18. *X. de decimis*, atque hic ad consuetudinem recurrendum, statuitur. Putarem tamen, in dubio potius ad illum spectare, qui ipsis verbum divinum prædicat, sacramentaque administrat, quoniam in remunerationem quasi sacrarum illarum occupationum parochis sint constitutæ; atque spectant huc, quæ in S. Codice sunt, illi, qui aræ inservit, ex ara competere debere alimenta. Hoc & ex eo confirmatur, quod intuitu spiritualium illorum munerum decimæ præbeantur, cum si quis populo in spiritualibus nulla præstet servitia, etiamsi sit clericus, decimas accipere nequeat. *Zoes. ad tit. decretal. de decimis n.* 30. Proinde, cum hoc intuitu decimæ debeantur, parocho, ut maxime non probæ admodum vitæ, decimis immolandum, modo non sit manifestus scortator, aut adulter *Moneta de decimis c.* 5. *n.* 32. Immo & parochis ditioribus debentur. Jus enim, quod mihi quæsitum est, ob accedens aliud emolumentum, cui ne quidemcum illo jure est connexio, amittere non possum. Interim illi probe facient, si pauperibus, in quorum gratiam potissimum decimæ sunt institutæ, se liberales exhibeant. Quoniam & in exsolvendis decimis tempus interpellat pro homine, quippe quæ debentur ex lege, rustici etiam præteritorum annorum decimas, quæ exigi neglectæ, præstare necesse habebunt. *Cap. Tholos. decis.* 432. quicquid etiam *Faber in Cod. Sa-*

baud. l. 1. *t.* 2. *def.* 66. in contrarium afferat. Sic & decimas agnorum illi potius parochiæ, ubi pascuntur, quam ubi stabulantur oves, exhibendas esse, censeo. Pastus enim est ex quo vivunt, & unde deinde proveniunt omnia emolumenta: At stabulum non est res magni momenti, *Wamesius consil.* 445. *n.* 4. *Moneta de decimis c.* 4. *n.* 16. 17. Alii putant decimas, hoc casu existente, inter utrumque parochum esse dividendas *Rebuffus de decimis quæst.* 8. *n.* 11. *Zipæi respons. l. p.* 81. Quamvis addendum, ante omnia hic ad consuetudinem esse respiciendum. Nimirum jure Saxonico *lib.* 2. *art.* 48. constitutum Jegliches Vieh wenn es Junge gewinnet/ wo es des Abends zur Herberge kömt/ da soll man es verzehnden. Quisquis jam decimarum jure gaudet, recte curet, ne illis colligendis præficiat homines, in ærumnosos agrestes barbaro modo sævientes. Cogitent enim semper delicta servorum & aliorum, qui alterius vices gerunt, in dominos mandantesque, in eis corrigendis aut removendis parum sedulos, aliquo modo redundare.

(a) A. decimis prædialibus nulli regulariter sunt exemti, cujuscunque etiam sint conditionis, ordinis & dignitatis, *Syring c. IV.* sic ut judæi quoque de terris, quas colunt decimas parochiæ, si illa ex consuetudine Germaniæ jus decimandi habeat, præbere aut possessiones renunciare debeant *c. XVI. X de decimis & ad hoc capit. Gonzalez de Tellez*; licet hodie vix judæis arva colenda concedi soleant. Palam est, vi transactionis Passaviensis & Instrumenti pacis Evangelicis a Catholicis decimas debitas præstandas esse, & his vicissim ab eis deberi. *Carpzovii Jurisprudentia Ecclesiastica l.* 1. *tit* 8. d. 137. Deinde si rusticus agros derelinquit nobilis, qui postea illos colit, ad decimas æque ac rusticus tenetur. *Carpz. Jurisprud. Eccles. lib.* 1. *defin.* 128. Neque rusticis licitum, antequam decimæ deductæ, aliquid frugum fundo detrahere, aut eas totas horreis inferre; Oportet tamen, ut illi, qui decimarum jus habent, moneantur

neantur, manipulos esse coactos, tempus decimandi adesse, jussis Europae Principum variis hoc statutum. Constitutiones Galliae Regum Francisci primi de anno 1545., Caroli IX. de anno 1568. ut & decretum parlamenti Parisiensis de anno 1567. *Bugnyon dans le traité des loix abrogées liv. 3. ch. 125. p. 357.* recitat, cui adde *Choppinum de privileg. rustic. lib. 1. c. 7.* Caroli V. diplomatis de annô 1553. & Philippi II. de anno 1564. idem in Belgio sancientium mentionem injicit *Zypaeus juris Pontificii novi lib. 3. p. 132.* In Germania nostra quam plurimae etiam hunc in finem proditae sanctiones. *conf. Georgii Brittanniarum Regis constit. de an.* 1709. in qua injungitur, admonitionem per aetatis maturae personam fieri debere. *Augusti Duc. Brunsvic. Guelpherbyt. ordinat. provinc. de anno* 1647. §. 48. poenam decem florenorum, ad resarciendum damnum, in immorigeros statuit. *& constit. de anno* 1651. *ordinat. Eccles. Saxonic. art.* 22. *Jus Provincial. Bavar. tit.* 28. *art.* 2. *seqq. ordinat. decim. ducat. Wurtenb. c. IV.* &c. Atque quod hic usu observatur, & juri Canonico *c. quaecunque c. omnes decimae XVI. q. 7.*, & aequitati conveniens est. *Guido Papae quaest.* 248. *& respons.* 70. Graves enim hic saepe rusticorum occurrunt fraudes, quas reprimere, in Georgii I. constit. cit. in ordinat. provincial. Guelpherb. ut & in ordinat. decim. Wurtenb. c. 4. opera datur. Ut autem & rusticis aliisque, qui decimas debent, cautum sit, ne ultra modum illius, qui jus eas exigendi habet, adventum praestolari teneantur, tempus in constitutionibus ad res decimales attinentibus, determinari solet. *Constit. Georgii I. hac habet* §. 27. Wenn die Aussage geschehen/ sollen die Zehntpflichtige nicht sofort ihr Korn wegfahren/ sondern schuldig seyn/ auf den Zehntherrn/ oder dessen Zehntsammler einige Zeit zu warten/ und zwar wann die Ansage des Morgens geschehen/ biß auf den Abend; wann aber die Ansage des Abends geschehen/ biß gegen den folgenden Mittag: käme aber derselbe in solcher Zeit nicht/ so können sie alsdenn/

wenn sie zuvor den Zehnten ausgeworffen/ nach Gefallen einscheuren §. 28. wären es aber solche Früchte/ welche den Regen in Schocken nicht leiden können/ als Erbsen/ Wicken/ Linsen/ imgleichen Buchweitzen/ so sollen die Zehntpflichtige nicht gehalten seyn/ so lange zu warten/ sondern es soll der Zehnte innerhalb 4. Stunden nach der Ansage zu der Außzehntunge Anstalt machen. *In ordinat. Austriæ infra anissum* §. 7. triduum expectare debet: wofern er nicht durch Ungewitter davon verhindert wird/ solches über drey Tage nicht anstehen lassen. *Idem in ordinat decim. Ducatus Carinthiæ.* In Onolsbaccensi vero dicitur: die Auszehlung der Garben solle von den Zehntknechten/ so bald es nach den Auffsamlen seyn kan/ vorgenommen werden. vid. & *Speculum Saxonicum lib. 2. art.* 48. Sunt autem decimæ, vel alia portio lege aut consuetudine introducta, sine deductione seminis & expensarum præstandæ. *c. 22. & 26. X. de decimis vid. Zypæi consult. Canon. lib. 3. consult. 2. p.* 165. ex æquitate tamen, præsertim in novalibus hic aliquid concedi solet. Cæterum dubium est, anne & rustici decimas horreis illorum, quibus debentur, inferre, obstricti sint. Canonistæ in *canon. revert.* 16. *quæst.* 1. *& canon. decimas* 16. *quæst.* 7. *ad cap Malach.* 3. provocantes, affirmativam fovent sententiam. *Host. tit. de decimis* §. *fin. Capel. Tolos. decis.* 432. verum ad consuetudinem provinciæ, statuta, aut pacta hic est respiciendum. *In constitut. Georgii I. B.R.* §. 37. *decretum:* Die Zehenpflichtige sollen nicht gehalten seyn/ wieder ihren Willen den Zehnten einzufahren/ fals es nicht beständig also hergebracht/ sondern es muß der Zent-Herr mit seinen eigenen oder gedungenen Wagen den Zehnten einfahren lassen; gestalt denn auch derjenige modus, wan der Zehnt Herr durch Bitt-Fuhren/ so etwa gegen ein Sauff-Gelach zusammen gebracht werden/ den Zehnten einscheunen lässet/ hiemit gäntzlich und bey unausbleiblicher Straffe verboten wird. *In constitutione Henrici junioris de anno* 1564. Domini prædiales vectionem decimarum

rum ipsi curare jubentur; atque tam in hac, quam *Georgii I. constitut.* §. 38. severissime præfectis, operas rusticorum in hunc finem adhibere, interdicitur. *In ordinat. decimarum Austriaca* §. 9. decimæ subjecti a vecturæ onere liberantur. Insgemein ist kein Zehntmann schuldig Trayd-Wein/oder andern Zehnt dem Zehnt-Herrn selbst heim und zuzuführen/ wäre aber solches irgend von Altershero also gebräuchlich gewest/ dessen sollen sich die Zehnt-Leute daselbst auch künfftig nicht verweigern.

* Itaque nemo, nisi immunitatis jure gaudeat, a decimis est exemtus, & jure Eccles. in illos, qui dare negant, grandes statutæ sunt censuræ, ut negatio sacramenti, & excomunicatio, nisi inopia laborent; ubi tamen promittere debent, se præstituros, si inopia desinat. *Barbosa in collect. DD. ad concil. Trid. sess.* 2. *c.* 12. Potest autem immunitas a decimis non solum privilegio, quod jure canonico a solo Papa *cap.* 25. *X. de decimis*, moribus autem ab illo, qui jus decimandi habet, conceditur, obtineri; sed & consuetudine atque præscriptione 40. annorum. Quod si vero nullus adsit titulus, imemoriali acquiri. *Syring de jure decimarum c. XI.* Ad præscript. 40. annorum provocat quoque Carolus V. in edictis. *Zypæus consult. canon. pag.* 155. Itaque ex *constitut. Magnæ Brittanniæ Reg. Elect. de anno* 1709., si ex arvis decimæ obnoxiis prata aut horti facti, silentium ejus, cui decimæ debentur, quadraginta annorum immunitatem procurat. Decimæ novales ex eadem lege triginta annis præscribuntur. In Austria decimæ in genere 32. annor. præscript. amittuntur. *Ordin. decim. austr.* §. 10. Quod autem ad exemtionem a decimis ex privilegio attinet, ea Pontificis arbitrio gaudent Cistercienses *c.* 10. 34. *X. de decimis. vid. & Bulla Bonifacii octavi & Martini V. apud Choppinum de sacra politia lib.* 3. *pag.* 313. 314.; item ordines mendicantes, quoad terras ab ipsis cultas, ex privilegio Gregorii XIII. *Zypæus juris Pontificii novi lib.* 3. *pag.* 132. Plura habet *Choppinus l. c. seqq. & Louët dans le recueil d' aucuns notables arrets p.* 267. 268.

R 2 (b) Ex

(b) Ex prædiorum quorumcunque fructibus decimæ regulariter sunt præstandæ *c. omnes c. decimis.* In Capit. Caroli & Ludovici Imper. *lib. VI.* §. 41. p. 987. *apud Lindenbrogium* sequentia habentur: *Separabis decimas ex omnibus, quæ nascuntur tibi eo tempore, & repones inter ianuas tuas, fœnerabisque eas sacerdotibus & Levitis advenis & peregrinis, & benedicat te Dominus Deus cunctis diebus vitæ tuæ.* Reg. Franc. jussu solvebantur decimæ *de frugibus terræ & animalium nutrimine. Capit. de anno* 819. §. 5. *de vino & fœno. Capit. de anno* 823. *ex omnibus fructibus & pecoribus terræ capit. liber.* 6. §. 192. *apud Baluzium.* Et, si fundi decimales in tales convertantur, ex quibus nullæ debentur decimæ, juri quæsito illius, cui decimæ debentur, nullum inde detrimentum, sed æstimatio ejus præstanda, nisi juri suo ipse expresse aut tacite renunciaverit. *Georgii I. constit.* §. 13. Sic & decimæ ex pascuis, ad frugum fertilitatem redactis, sunt præstandæ *c. ex parte X. de decimis.* **Bareutische Zehnt Ordnung** *p.* 737. *apud Syring.* Solet autem ex locorum discrepantia, variis legibus aut moribus utentium, varietas quædam, circa decimarum objectum, locum habere. *c. ad Apostolicæ c. in aliquibus X. de decim. Zypæi consultat. Canon.* 3. p. 166. *& in jure Pontif. nov. anal. l. de decimis.* In edicto Caroli V. *de anno* 1520. *apud Zypæum* præter siliginem, hordeum, avenam, enarrantur decimæ lignorum, fœni, herbarum, pascuorum, pinguium cornutarum bestiarum, ovium, agnorum, lanæ, porcorum, vitulorum, anserum similiumque; raporum, raphanorum, pomorum, pirorum, nucum, &c. In Germania nonsolum fructus agri culti, allerhand Besaamungen; sed & naturales an Heu und Obst im Garten &c. imo fructus animalium; horum fructus sunt, fœtus, lac, mel, lana, pili. *Spec. Saxon. lib.* 2. *art.* 48. Hæ decimæ vocantur der Fleisch-Zehnte, sub quibus & includitur der Immen Zehnte *vid. constitut. Georgii I.* §. 39. *Extract. recess. Oldenst. de anno* 1624. *in corp. constit.*

constit. Cell. pag. 494: a rusticis etiam vocatur die Dehl Zucht. In Electoratu Bavariæ der Blut-Zehnte. *Jus provinc. Bavar. tit.* 28. §. 16. *Rebuffus de decimis quæst.* 6. *n.* 25. *seqq.* De animalibus, quæ a dominis semper aluntur, decimæ non secundum numerum denarium præstantur, sed una saltem gallina decimalis solvitur. Jure Saxonico gallinæ a decimis sunt exemtæ *J. P. lib.* 2. *art.* 48. nisi dixeris, illud, ut monui, esse intelligendum. Nec omittendum, jure Saxonico gallinam in die Martini pendendam, uniuscujusque curiæ soli aut domus singulorum decimam esse. *In ordinat. decim. Austr.* §. 2. sequentia reperiuntur: Der Zehnt insgemein seynd zweyerley / als der grosse und kleine zu Felde und Dorff. Der grosse zu Feld ist der Trayd- und Wein-Zehnte: unter dem Trayd aber Weitzen / Gersten / Korn / Habern / Erbsen / Linsen / Bohnen / Haiden / Brein und dergleichen zu verstehen; Der kleine zu Felde bestehet in Saffran / Kraut / Rüben / Haar und dergleichen; zu Dorff aber in grossen und kleinen Vieh / Eyern / Käse und allerley Sorten. Debentur etiam decimæ ex barbaro frumento panico seu fagopyro, Buch-Weitzen. Præstantur enim de blado & universo legumine *c.* 3 *X. de decimis* vide *Zyp. lib.* 3. *consult. canon. IV.* nec tobacus, cannabis, & linum, neque illud, quod in die Brack gesäet wird / est exemtum. *Otto ad monetam c.* 6. *Constit. Georgii I.* §. *II.* Daß hinkünfftig der Zehnte von aller und jeder in der Zehnt-Fluhr belegenen Länderey / es mag darauff über oder unter der Erden gewachsen seyn / gegeben werden solle. (2) wenn nach Gewohnheit einiger Orten was in die Braack gesäet oder gepflantzet wird / (welches jedoch nicht weiter als auff den vierdten Theil des in der Braack liegenden Feldes vergönnet seyn soll / und dergestalt geschehen muß / daß dadurch die Huede auff dem übrigen Braack-Felde nicht gesperret werde) so muß gleichfals der Zehnte davon entrichtet werden; jedoch dergestalt / daß / weil einige in der Braack gesäete / oder gepflantzete Früchte als Kohl / Rü-

ben / Wurtzeln und dergleichen nicht allemahl auf eine Zeit/ sondern nach und nach ausgezogen/ und genossen werden / und daher die Außzehentunge in natura fast schwer / wo nicht gar inpracticabel fället / der Zehnt-Herr so dan an statt der Früchte mit einem gewissen Stücke Geldes / darüber die Zehntpflichtige sich mit ihm zu vergleichen haben / vergnügen solle. Ex hortis quoque, qui ad utilitatem magis, quam voluptatem sunt instructi, decimæ solvi solent. *Fritschius de jure hortorum* §. 7.; Quamquam moribus nonnunquam aliud obtineat. Sic & *in constit. Georg. Wilhelmi de an.* 1694. circa hoc argumentum limitatio quædam occurrit: So declariren / ordnen und wollen Wir hiemit gnädigst / daß / wan ein oder der andere Unterthan/ welcher Zehntpflichtige Länderey hat / in seinem nechst bey seinem Hause oder Hofe habenden Garten etwas Lein/ Hanff/ Gersten oder andere dergleichen zehntbahre Früchte / dan und wan säet / derselbe davon dem Zehnt-Herrn etwas zu entrichten nicht schuldig / oder gehalten seyn soll. Nihil autem hic in fraudem legis est moliendum. Ex molendinis, metalli fodinis & salinis decimæ quoque exhibendæ sunt. *vid. Stryckii dissert. de Principis jure subterraneo.* Præcipue vero ex terris novalibus, id est agris antea nunquam cultis, ut supra monitum, debentur. vid. tamen *constit. Georgii Wilhelmi de anno* 1690. *d.* 19. *Augusti* **wegen der Roth-Zehnden** &c. Quod si vero agri steriles facti, vel deserti vicissim colantur, decimæ illi, cujus antea erant, resuscitantur. *Otto ad Monetam c. 6.* §. 378. Neque si pascua, prata, sylvæ ad culturam frugum redigantur, illarum terrarum natura, quoad decimas, mutatur, quæ semper illi persolvendæ, cui ante culturam solvebantur. *Covar. variar. resolut. l.* 1. *c.* 17. *n.* 13. Quæritur autem, si quem Princeps simpliciter de jure decimandi investiat, an etiam jus decimarum novalium concessum habeatur? Quod quidem ex noto canone *l.* 3. *ff. de constit. Princ.* Beneficia Principis latissime esse interpretanda, affir-

affirmandum videtur: verum hanc regulam in Regalibus exceptionem pati, omnes fere concedunt. Deinde, decimas esse odiosum quid, dicunt, & sic strictissime interpretandas. *Otto ad Monetam c. 6. tit. XX. p. 405.* Alia huc spectantia non inutilia *vid. apud Syring. de jure decimarum c. 7.* ubi n. 17. quæstio ventilatur, an decimæ novales per præscriptionem acquiri queant. Illi autem, qui decimas novales ad Regalia minora sive fiscalina referunt, nec ea quoque præscriptionem admittere, volunt, hic negativæ haud dubie subscribent sententiæ. Nonnunquam per placitum, aut pactum jura Principis comunicabilia præscriptioni subesse solent. Quod reliquum, circa divisionem decimarum in majores & minores notari adhuc debet, sæpe in territoriis Germaniæ quædam majoribus annumerari decimis, quæ in aliis ad minores spectant. Ita in ordinatione decimarum Wurtzburgensi pisa, hordeum, lentes & erva minoribus annumerantur decimis, quod alibi secus se habet. Ita teste *Blumio de decimis c. 3.* carnium decimas alii ad minores, alii ad majores referunt. Imo sunt nonnulla loca, ubi jus decimarum minorum plane non est in usu. *Schmid. ad jus Bavar. tom. 3. tit. 28.*

(c) Personales decimæ, quæ de acquæstu, sive lucro debentur, jure canonico potissimum introductæ *c. 20. 22. 28. X. de decimis. Werndl. de jure decimarum lib. 2. c. 1.* in plerisque fere locis hodie sunt abrogatæ *Bernh. ab Espen in jure ecclesiastico p. 2. tit. 33. n. 20. Gonzalez ad c. 7. X. de decim. n. 4. in fin.*

(d) Quanquam juris canonici Doctores vi *c. IX. de decimis* sacra scriptura innitentes, decimam hic præcise requirant; concedunt tamen aliud consuetudine introduci posse; interim postulant, ut talis consuetudo ex rationabili proficiscatur causa, & legitime sit præscripta. Quotnam anni hic requirantur, inter Doctores controversum. *Zypæus lib. 3. consult. 1. p. 164.* Cæterum consuetudinem illam, ut loco decimæ undecima, decima quinta, aut vigesima

solvatur

ſolvatur, nihil irrationabilis habet. Poteſt enim quilibet juri pro ſe introducto renunciare. Quod autem, ut in remiſſione ab Eccleſia aut Monaſterio facta recte procedat, requiritur, ut alienationis Eccleſiaſticæ requiſita adhibeanrur; de quibus *confer Redoanum de rebus Eccleſ. non alien. & Kolbium in aquila certante conf. ſigni VI. Solm. §. 3. Stryk. cautel. contr. ſect. l. c. 3. n.* 8. De loco ubi decimæ exhibendæ, *Speculum Saxon. lib.* 2. *c.* 48. ait: Die Saat verzehnd man auf dem Felde/ das Vieh in dem Dorffe/ in eines jeglichen Mannes Hofe/ da das Vieh geworffen wird. Ex tempore quoque, quo decimæ ſolvendæ, formæ ejus aliquid accedit, de quo ſupra jam tum quædam allata. Præterea notandum adhuc, ſi decimæ in granis præſtandæ, ſolutionem earum poſt Michaëlis feſtum demum, plerumque circa Martini diem, & perſonalium in fine anni fieri ſolere. *Moneta de decimis c.* 7. *n.* 10. Denique decimæ animalium præſtandæ ſunt, ex quo fœtus abſque matre eſſe poſſit. *Rebuffus quæſt.* 6. *n.* 3. *Vincentius de Franchis deciſ.* 114. *p.* 67.

§. XIII.

Multa ſane adhuc de decimis dici poſſent; videlicet de earum abuſibus & modis, quibus deſinunt (e) atque judiciis: (f) verum propoſiti noſtri memores, filum rumpimus.

§. XIV.

(e) *Syringius de jure decimarum c. XI. XII.*

(f) Juris Canonici Doctores ex *c. dudum X. de decimis* Eccleſiæ cognitionem ſuper jure decimarum attribuunt. *Barboſa de officio paroch. c.* 28. §. 4. Excipiunt tamen quæſtiones facti, ut & ſi de fructibus, & poſſeſſorio decimarum, aut ſpolio ſermo ſit, ubi æque ac in cauſa juris patronatus poſſeſſoria, laicum competentem eſſe judicem, dicunt.

dicunt. *Cavallos de cognit. per viol. p. 2. quæst. 56. 94.* qui & ad tribunal laicale quæstionem de quota decimæ refert, cui repugnat *Aufrerius*, quem citat. *Martha de jurisdict. p. 2. c. 43. n. 56. 73. vid. & Zypaus de jurisdictione lib. 1. c. 39.* licet Philippus IV. teste Rebuffo, tam religiosus, aut potius superstitiosus fuerit, ut nec in possessorio laici judicis partes esse voluerit. In istis decimis, quas laici ab Ecclesia in feudo habent, omnimode & privative, etiam in petitorio, secularis cognoscit judex. Nec necessum est, cum *Barbosa* ad fictitium Philippi privilegium confugere; sed merito cum *Covarruvia pract. quæst. c. 35. n. 2. v. 3.* ad Reges Galliæ, ut aliquod, quod eis jure suo competit, referre. Etenim veritati maxime consentaneum putamus, quod *Cavallos q. 25.* asserit, decimas laicis concessas, omnino res laicales factas. Laicum enim merito est, cujus laici sunt domini utiles, & quod in seculares usus adhiberi potest. *Recueil d' aucuns notables arriets par lovet p.* 177. 178. 146. 181. 217. &c. *de Maurize Selecta juris Canonici lib. 1. p.* 158. 159. Hinc de statu decimarum præsenti, eas semper ita se habuisse, valide præsumendum præstaret, clericos a jure dicendo plane abstinere, &, ut animas cœlo lucrarentur, operam tantum dare.

§. XIV.

Haud dubie sunt, qui putant, & hic agendum esse de servitutibus prædiorum rusticorum, cum & in Germania nostra non sint infrequentes, quod & de servitute pascui intellectum velim (g): verum, cum emolumenta, quæ prædio rustico ab alio prædio proveniunt, non in præstando, sed patiendo maximam (h) partem consistant, atque præter commentationes Doctorum ad juris justinianei tit. de servitutibus infini-

tas fere, integri tractatus (i) de hac materia exstent, merito aliquid adjicere supersedeo.

§. XV.

(g) De servitute pascui a compascuo, utpote jure familiaritatis competente; & sic quovis tempore revocabili, distincta, *Oterus in tractatu de pascuis & jure pascendi* quædam habet. *Conf. & Fritschius de jure hortorum, convenat. & compascuis.* Ne autem nihil plane moneam, quæstionem, an vicinus pastu abundans, ut ad illum, accepta mercede, vicinum eo destitutum admittat, cogi possit, affirmandam puto. Quamvis enim ad paciscendum nemo regulariter obstringi queat: attamen vinculum illud amicitiæ, quod per introducta dominia non est penitus sublatum, aliquod jus præbet, ad rem illam, qua alter non indiget, utendam; præsertim cum illi id, quod ei abest, dato aliquo vel facto pensetur. Soletque jus illud, dirigente supremo Reipublicæ moderatore, in actum deduci.

(h) Cum in servitute oneris ferendi, quæ etiam rustico prædio constitui potest, domino prædii servientis columnam vel murum reficere incumbat, eam inter anomalas referunt. vid. tamen *Stryck in U. M. lib. VII. tit.* 2. §. 2.

(i) Non pauci de servitutibus aliquot literis mandarunt, ut sunt Cæpolla, Manzius, Harprecht aliique, quorum nuper etiam Pegius numerum auxit; sed quid ille in opere suo, bavarico idiotismo conscripto, præstiterit, aliis judicandum relinquo. Amici cujusdam monita Autori non æque favent.

CAP. IV.

DE PATRIMONIO RVSTICORVM.

§. I.

§. I.

TOt itaque præstationibus plerumque exhaustis, vix patrimonii aliquid superesse credideris; sed est sane, licet non raro pauxillum admodum. Itaque de patrimonio rusticorum agendi ansa præbetur. Nobis autem patrimonium rusticorum denotat bona, de quibus liberam rerum suarum administrationem habentes (a), pro lubitu, in quantum illud leges reipublicæ permittunt, (b) disponere, eaque ad heredes suos transmittere possunt.

§. II.

(a) Qui itaque sub patria adhuc sunt potestate, aut ob ætatem vel animi vitium, aut imbecillitatem, quid e re sua sit, dijudicare nequeunt, potentia saltem aut actu primo, non autem quoad actum secundum, aut effectum agendi, ex dominio profluentem, patrimonium habent.

(b) Dominium enim privatorum, limitatur ab imperio Reipublicæ, atque ab ea, aut ejus capite, quomodo re sua uti debeant, leges accipiunt cives. Quod si enim rebus suis ex placito abuti possent, omnes eadem pollerent facultate; & si omnes facultatem illam in actum deducerent, privati æque ac respublica ad incitas redigerentur. Sic & respublica illum, qui re sua abutitur, ut mentis defectu laborantem, merito habet; hinc ipsius actiones moderandas alii committit. Inest enim hoc pacto reipublicæ constitutivo, quod singuli voluntatem suam e voluntate reipublicæ, aut ejus capitis metiri velint & debeant.

§ II.

Videbimus jam, quid ex rusticorum bonis naturam patrimonii admittat. Bona censitica in pleno

sunt census hominum arbitrio, sic, ut libere de iis disponendi habeant facultatem. (c) Census enim fundo cohæret, & dici non potest, illius, cui census debetur, dominium sperni, si alienatio, eo inconsulto, facta est, cum nullum habeat. Non tamen inficias eo, esse territoria, ubi bona rustica, quocunque demum modo, alii obnoxia, absque illius consensu, distrahi nequeant.

(c) *Carpz. P. 2. c. 39. §. 1. Struv. Synt. J. F. 2. aphor.* 10. *n.* 3.

§. III.

Feudalia prædia nec rusticis deteriora reddere, nec de iis, (d) inter vivos (e) pariter, ac per ultimam voluntatem, (f) regulariter disponere licet: sed oportet, ut relinquantur illis, ad quos leges aut consuetudines feudales ea transmitti volunt. (g)

§. IV.

(d) Rusticis dari feuda c. 2. probatum ivimus, nec huic sententiæ refragantur *jus feudale Saxon. c. 2. in princip. & Allem. c. 1.* ut & *Autor vetus de beneficiis* §. *IV.* quem nuper Dn. Thomas. antea jam tum excusum, imprimi curavit. Nam ibi sermo est de succeßione in feudis nobilibus: atque clericus, rusticus, mulieres, mercatores regulariter in feudis succedere non posse dicuntur, cum ad tractanda arma minime idonei habeantur. Interim a plebejis acquiri & ex voluntate domini speciali secundum J. F. Aleman. ad hæredes transmitti potuerunt, ad modum & ex jure illorum, qui sextum clypeum gerunt: quod autem jure Saxonico aliter se habet. *Schilt. in Comment. ad J. F. Aleman. c.* 1. §. 21. 28. *& ad c.* 3. §. 7. Et quicquid etiam olim obtinuerit, si fortasse dixeris, omnia olim feuda militaria

litaria fuisse, & rusticos æque ac fœminas ad levandam faidam ineptos aut indignos habitos; moribus vero ab hoc jure discessum est, & admittuntur hodie clerici, fœminæ, quæ ad otia a servitiis militaribus se liberare aut etiam ea per substitutos obire possunt, ut & rustici. Non tamen puto, præcise originem hujus ab expeditionibus in terram sanctam cum *Alteserra in originibus feudorum pro moribus Galliæ c. X.* repetere. Etenim ante illa tempora, rusticis concedi feuda, consuetum fuisse, ex iis, quæ supra monuimus, constat. Et, licet plebeja feuda ad naturam beneficiorum primigeniam ex asse quadrare, asserere nolim; eis tamen essentiam feudorum derogare non possum. Quid enim impedit, quo minus rusticum feudum sit beneficium, fidelitatis causa concessum, reservato dominio directo. Equidem, nec illi obnitendum puto, qui ad feuda analogica, illa referenda ait, & forte propius abesse ab emphyteusi, quam a feudis proprie dictis. Assentior tamen, rusticorum bona in dubio allodialia potius, quam feudalia præsumi. *Menoch. lib. 3. præsumt. 91. n. 6.*

(e) Rusticus citra crimen feloniæ rem feudalem insigniter deteriorem reddere non potest, nec illam, non impetrato domini consensu, alienare, nisi sit feudum hereditarium, aut per pactum, consuetudinem, aut legem alienabile. *Neustadius de feudis Hollandicis c. 2. §. 2. Zypæus in notitia juris Belgici lib. 4. p. 82. edit. in fol.* Utroque enim casu impingens, feudo exuitur; in re quidem deteriore facta, parte saltem illa, quæ deterior reddita, mulctatur. Et, si feudum est antiquum, præter domini, & agnatorum in alienatione requiritur consensus; alias, nisi consenserint, aut alienantis sint heredes allodiales, feudum revocare possunt. *Struv. consil. feud. V. Eiben de felonia §. XV. Scheplitz ad consuet. Marchicas p. 455.* Olim aliqua ex parte licitam fuisse alienationem, ex *2. feud. 9.* constare videtur: hodie autem omnis alienatio, sive ex toto, sive ex parte, in feu-

dis rusticorum aliorumque privatorum est interdicta. §. *fin.* 1. *feud. quibus mod. feud. amittitur* 2. *f.* 52. 2. *f.* 55. sic, ut nulla hic admittatur præscriptio. *vid. Spilckeri dissert.* 2. *de jure feud. c.* 2. Ad subfeudi autem alienationem consensus saltem subinfeudantis requiritur, ut quoque est in *ord. polit. Magd. c.* 24. Existimo tamen, alienationem necessariam esse exceptam, quicquid etiam apud *Finckelhaus. disput. feud.* 9. §. 10. *in contrarium moneatur.* Nam leges etiam Dei quædam, etsi generaliter prolatæ, tacitam habent exceptionem, summæ necessitatis, quidni sancita & placita humana? *Grotius de jure B. & P. lib.* 1. *c. IV.* §. 7. Sunt nonnulli, qui contendunt, huc spectare casum, quando pater non habet bona allodialia, quod tunc filiæ feudum in dotem dare queat: verum hæc sententia in praxi in tantum observatur, quod dos ex feudo porrigatur, si nulla adsint bona allodialia. *Ord. polit. Magd. c.* 26; quanquam in Pomerania & Marchia, licet allodialia non deficiant bona, ex feudo dos præstanda, minor tamen præbetur. *Mev. p* 3. *decis.* 363. *Müller. resol. March.* 62. *n.* 16. Per alienare autem intelligitur donare, vendere, permutare, oppignorare rem feudalem, cujus natura non ignoratur. *Spilker. l. c.* §. 31. *seqq. Habnius de oppignoratione feudi* §. *VI, VII. Eichelii dissert. de debitis feud.* §. *XI.* Quæritur autem, an feudum alteri, ignorante aut invito domino, in emphyteusin concedere liceat. *Ex* 2. *feud.* 9. ubi emphyteusis per contractum libellarium intelligitur, negativa sententia patescit. Nec, moribus contrarium ubique in Germania receptum esse, docentibus tuto accedere possumus. Nam ex *Carpz. p.* 2. *c.* 46. *definit.* 14. innotescit, ex negantium opinione bis pronunciatum esse. Ea, quæ de feudorum alienatione diximus, spectant etiam ad illa, quæ naturaliter & absque facto hominis, feudo uniuntur: *Lotichii dissertat. de meliorationibus feud.* §. 24. 25. non autem res mobiles, licet ad perpetuum feudi usum sint destinatæ. *Stryck. in U. M. ad tit. de*

rer.

rer. divis. §. *XVII.* Sic & de meliorationibus industrialibus, ut & fructibus perceptis, tanquam rebus allodialibus, pro lubitu, legaliter tamen, vasallus disponere potest. *Lotichius de meliorationibus* §. 26. *seqq.* Fructus, ultimo anno percipiendi, ex jure feudali Lombardico, etiam ad res allodiales spectant, si vasallus, intra spacium post Calendas Martii, usque ad Augustum, moritur; Augustum tamen includi, & textui & rationi juris magis congruere puto *cum Bitschio ad 2. f. 28. c. bis consequentes*; quæ tamen juris feudalis dispositio non ubique observatur. *Stryck. ex. J. feud. c. XV.* §. 14

(f) Enimvero jure feudali *L. 2. f. 8. pr.* expresse constitutum, nullam ordinationem defuncti in feudo manere vel valere, nisi consenserint illi, qui jus quæsitum habent. *Gailius lib. 2. obs.* 135. *n.* 12. 145. *n.* 13. *Bitsch. ad t. c.* Casus exceptos collegit *Obrecht. lib. 2. de jure feud. c.* 12. *n.* 8. *seqq.* & *Rittershusius in partait. feud. lib. I. c.* 12. 9.

(g) De successione feudali multa egregia in *Strykii opere de success. ab intestato referuntur. Feuda Schultetorum,* Die freyen Schultzen-Lehne/ die freyen Lehn Schuldheissen Gerichte ad collaterales, etiamsi ex communi acquirente originem trahant, nec in Marchia, nec in Saxonia transeunt, nisi simultanee sint investiti. *Scheplitz. promt. Jur. tit.* 4. §. 15. *n.* 3. & *ad cons. March. p.* 3. *tit* 11. §. 10. *Rauchbar p. 2. quæst. XXI. n.* 22. *seqq.* Cæterum quanquam in terris Brunsvicensibus & rusticis, præter descendentes, collaterales quoque, licet non simultanee investiti, admittantur; nulli tamen, nisi legitime nati, ne quidem per subsequens matrimonium legitimati successionis feudalis capaces sunt. *Constitut. de an.* 1593. *Rec. prov. de an.* 1601. §. 31. Idem in Marchionatu Brandenb. observatur. *Declarat. ordinat. Cameral. Brandenb. p.* 2. *c.* 13. Neque tamen licet filio, feudum ab allodio separare. Recess. *de an.* 1619. §. 5. quod autem agnatis permissum est.

§. IV.

Emphyteutica bona, ut & melioramenta, ſine conſenſu domini (h) requiſito, alienari (i) non poſſunt, *l.* 3. *C. de jure emphyteutico*, (l) niſi inſtrumentum emphyteuticum ſupra hoc caſu pactiones habeat, quæ ſancte ſunt ſervandæ: tametſi, in emphyteuta æque ac in ſuperficiario, olim liberam fuiſſe alienandi facultatem, nonnulli textus juris *Inſtit.* §. 3. *de locat. & conduct. l.* 1. *ff. ſi ager vect. l.* 1. *C. de fund. patrim.* ſuadeant. Itaque per hoc, & quod re vectigali emphyteuta abuti non poſſit, dominium ejus limitatum eſt. *nov.* 120. *c.* 8. Ceteroquin emphyteuta pleniſſime uti, frui poteſt, atque bona ad heredes, quibus jus ſuccedendi datum, transmittere, niſi ad certum tantum tempus emphyteuſis conceſſa, aut ſit eccleſiaſtica, quæ jure noviſſimo nepotes non excedit. *nov. cit. c.* 1.

§. V.

(h) In conſenſu domini impetrando, duo poſt denunciationem exſpectandi ſunt menſes: his elapſis, & domino tacente, emphyteuta libere rem alienare valet. Habes itaque hic quoque differentiam inter feudum & emphyteuſin. Illic dominus conſenſum denegare poteſt, & omnis deinde alienatio eſt irrita; hic autem dominus ſaltem habet jus protimiſeos, ſcil. ſi idem dare velit pretium, quod alter vere obtulit. *Werneri diſſ. de jure emphyteutico* §. 46. *Fuligin. de alienat. quæſt. I. ſeqq. Sande de prohibita rer. alienat. p. I. c. IV. Henrici Julii conſtit.* von Vereüſſer- oder Beſchwerung der Lehn Erb-Zinß/ und Meyer-Güter/ *de an.* 1593. absque conſenſu alienantes, boni emphyteutici amiſſione, ipſo jure, non requiſita judiciali inveſtigatione prolixiori, puniri vult, Notariumque, qui ſuper illa re confecit inſtrumentum, munere interdicit, eumque infamem

famem esse jubet. *vid. & constit. Georgii Wilhelmi de anno* 1649. *Ordinat. politica Magdeburg. c.* 27; verum ex hac in alienantem privationis pœna non animadvertitur, sed arbitraria; quodsi vero consensus impetratus sit, a liberis, licet & pro illis hoc jus esset constitutum, bona alienata non possunt revocari. *Bachov. disp.* 29. *Thes.* 10. *lit.* 8. *Lauterbach. ad tit. ff. si ager vectigalis.* Liberi enim nondum habent jus verum, sed illud exspectant.

(i) Oppignorationem autem, domini consensu etiam non implorato, licitam autumant. Enimvero non liberat a nexu, qui emphyteutæ cum domino directo intercedit; deinde in pœnalibus vocabulum alienationis proprie est accipiendum. *Brunn. ad L.* 3. *C. de jure emphyteutico.* Potest tamen lege provinciali aliud constitui. *Ord. Provinc. Magdeb. c.* 27. *constit. Henrici Julii de anno* 1593. &c. Idem in subemphyteuticatione, ut loquuntur, obtinere puto, licet communis opinio in contrarium abeat. *Fulginem de contractibus emphyteuticis quæst. X. p.* 40. Ceterum a permutante æque, ac legante, in dotem aut solutum dante & donante, consensum domini requirendum arbitror, nisi vectigale prædium ad illos transferatur, ad quos, ex intentione domini, post mortem emphyteutæ, pervenire debet. Omnibus enim hisce modis dominium utile ad alium plane transit; post legem autem 3. C. *de jure emphyteut.* domino directo invito, alius emphyteuta obtrudi non potest. Nec video, quomodo contrarium in permutatione, illa ratione, quia emphyteutæ permutantis interest, ut rem potius habeat alter, cum quo permutavit, quam ut habeat dominus, stabiliri queat. Quid, si jam in venditione emphyteutæ etiam intersit, ut rem potius habeat alter, cui vendidit, quam dominus, potestne tunc & sine consensu domini res emphyteutica vendi? Ejusdem tenoris est ratio, quam pro libera donatione afferunt. Quodsi enim singulari amore vendens in emtorem ferreretur, malletque ad hunc

potius, quam ad dominum, fundum vectigalem transire, nonne domini consensus est tunc requirendus? Affectus singularis, quo quis alium complectitur, domino directo jus suum intervertere non potest. Neque huc spectat *l. 29. ff. de donationibus*, quam Wernerus urget; loquitur enim illa de donatione rerum, quæ alii nullo plane vinculo sunt obnoxiæ, & sic post legem 3. declaratoriam, ad emphyteutica bona non amplius quadrat. *vid. quoque Brunn. ad L. 1. C. de fund. patrim.* Nam domino directo non indifferens est, quem habeat emphyteutam. Atque sic, per legem sæpe citatam, testandi etiam de re emphyteutica, limitatam arbitror potestatem.

(l) Meliorationes enim, ex natura contractus factæ, cedunt fundo vectigali, nec eas emphyteuta repetere potest. *Werneri disp. cit. §. ult.*

§. V.

Simplices conductores jure fructuum gaudent: ceterum, in quodcunque etiam tempus locatio facta, conductorem fundos in patrimonio non habere, tralatitium est. Imo Meierorum & Schillinghauerorum hic non admodum maior solet esse potestas; sed ipsorum patrimonium plerumque tantum in meliorationibus & mobilibus, in Gail / Saat / Saat / und Haabe; in Hoff- und Acker- inventario consistit. Referuntur etiam huc ædificia. *Recessus provinc. Gandersheimens.* §. 23. quod tamen in territorio Göttingensi non obtinet. (m) Itaque nullas majoratici fundi partes deteriores reddere, aut alienare (n) possunt, &, si quid forte hic ausi sint, illud pro nullo putatur, & partes alienatæ, nullo obstante legali impedimento, semper repeti possunt. Cum enim villici in possessionem,

sionem, quam colunt, nullam aut exiguam admodum habeant potestatem, jus alienandi, quod est effectus dominii, illis competere non potest.

§. VI.

(m) Ut exacte sciri queat, quid in terris Electoralibus Brunsvicensibus ad Meierorum Schillinghauerorumque patrimonium spectet, & quid non, sequentia ex *constit. Georg. Wilhelmi de a.* 1690. wie es mit redintegrirunge der Meyer-Höfe zu halten/ ex c. 2. adducam. I. Diejenigen Stücke/ so vorhin beym Hofe nicht gewesen/ sondern etwa von dem *Colono* selbst/ oder dessen Eltern an Ländereyen/ Wiesen/ Höltzungen/ Immen-Zäumen und dergleichen/ Rechts zuläßiger Weise ist erhandelt/ denenselben angeerbet oder geschencket worden: Wofern aber dergleichen Stücke 50. Jahr/ oder länger bey dem Hofe gewesen/ soll es alles zu solchem gehörig/ und folglich nicht *pro allodio* gehalten werden/ es wäre dan/ daß der *Colonus* durch *Documenta* und schrifftliche Uhrkunden/ oder unverwerffliche Zeugen *in continenti probiren* könte/ daß es von seinen Erblassern neu zugekauffet/ nicht aber als vorhin zum Hoff gehörig und etwa versetzet/ wieder eingelöset sey.

II. Die Helffte von denen inn- oder ausserhalb Hofes befindlichen und erfordernden Falls nach Sachen und Verbindten/ der jedes Orts gewöhnlichen *Taxa*, auch sonsten ihrem Zustande und Beschaffenheit nach/ anzuschlagen stehenden Gebäuden/ es sey an Wohn-Häusern/ Scheuren/ Ställen/ Spieckern/ Schaaf-Koven/ und wie sie Nahmen haben mögten/ in so weit solche Gebäude von dem *Colono* selbst/ dessen/ oder seiner Frauen Eltern/ oder ihren Groß-Eltern erbauet seyn/ wie dan/ dafern die Gebäude von weitern Vor-Eltern/ oder auch andern/ herrühren und erbauet seyn würden/ der *Colonus* oder dessen Erben und An-

hörige daran einig Eigenthum nicht haben / sondern selbige dem Hofe völlig zugehören sollen.

III. Alle verhandene Baarschafften / Haußgeräthe / *Mobilien*, *Instrumenta rustica*, imgleichen alles / auf dem Hofe verhandenes / grosses und kleines Vieh; es wäre dan / daß von diesem leztern der *Colonus* von dem Guts-Herrn ohne Bezahlung etwas bekommen / welchen-fals diesen dafür billig *satisfaction* gegeben werden müste.

IV. Alles eingeerndte Heu / Korn / Flachs / Obst / und andere Früchte ohne Unterscheid. Was aber an dergleichen noch im Felde und Garten verhanden / und noch nicht eingeerndtet ist / davon wird nur die Helffte / und zwar das Korn mit dem Stroh / zu des *Coloni allodio* gerechnet. Im gegentheil / gehöret blosser dings zu dem Hofe und dessen *consistentz*

I. Alle in- und ausserhalb Zauns belegene Gebäude / wie die Nahmen haben / welche nicht vom *Colono* selbst / dessen / oder seiner Frauen Eltern / oder Groß-Eltern erbauet / von denjenigen Gebäuden aber / welche der *Colonus* selbst / dessen / oder seiner Frauen Eltern / oder Groß-Eltern errichtet / gehören vorhin *disponirter* massen nur die Helffte zum Hofe / die andere Helffte aber zu des *Coloni Allodio*.

II. Die Zäune um den Hof / wie auch auf dem Felde / imgleichen alle harte und weiche Holtzung / Obst und andere in- oder ausserhalb stehende Bäume / nichts weniger die noch in den Wiesen und Weiden befindliche Grasung / auch die noch auf den Bäumen hangende Mast.

III. Die helffte der von der beym Hofe geschehenen Aus-Saat zu hoffen stehenden Korn- und Flachs-Erndte / und zwar das Korn mit dem Stroh / wie auch die Helffte des noch im Felde oder Garten stehenden und hangenden Weissen-Kohls und Obsts / ohne daß der *Colonus* oder seine Erben / wegen der im

Lande

Lande befindlichen Gail und Gaar oder seiner/ in Bestellung des Ackers angewandten Kosten und Arbeit/ einige weitere Erstattung zu fordern/ befugt seyn solle; wie dan auch über denen/ die inn- oder ausserhalb Hofes annoch verhandene Düngung und Plaggen-Mieten/ dem Hofe ohne Entgeld heimfallen/ und bey Anschlagung des *Allodii* nicht *in computum* gebracht werden sollen. Damit im übrigen aber auch obstehende Unfähre/ mit gutem Vorwissen und wollbedacht gemachte Verordnung/ und darin gethane Verabscheidung/ nicht ohne *effect* seyn/ sondern selbiger ihr starcker Lauff gelassen/ Streit- und Gewinnsüchtigen Leuten/ auch die darin fest gestellte *principia* und entschiedene *casus* von neuen in Zweiffel zu ziehen/ und durch Anstellung förmlicher *processe* in Weitläufftigkeit und Ungewißheit zu verwickeln/ mithin unsere darunter führende heylsame *intention* gar zu *frustriren*/ die Gelegenheit benommen werden möge. *In recessu Gandersheimensi* §. 19. injicitur mentio der Bau-Besserung/ Gaar/ Gail und dergleichen nothwendige auch nützlich angewandte melioramenta, de quibus villico satisfieri debet, si forte dominus directus curia villicali ipse indigeat, & Meierus, justo tempore admonitus, ab illa discedere obstringatur. Ut autem juste taxentur, quorum æstimatio villico præstanda, modus taxandi hic adhibendus in eodem recessu præscriptus est. *vid. & recessum de an.*1601. §. 23. 29. Perutilem tractatum, von Anschlagung der Güter/ Dn. Schwederus, Reg. Boruss. Consiliarius in Dicaster. Pomer. conscripsit.

(n) Nonsolum bona universitatum, absque consensu superioris, alienare interdictum; *Ordinat. Politica Aug. c. XI. Constitut. Georgii hodierni Brittanniarum Regis, de anno* 1702; sed & quamplurimæ à Principibus Brunsvicensibus aliisque latæ sunt constitutiones, alienationem rusticorum prædiorum, in quibus restricta est agrestium potestas, impedientes. Habemus hoc

 argu-

argumentum respicientes *recess. provincial. de anno* 1597. §. 19. *Gandersheimens. de anno* 1601. §. 24, *constit. Henrici Julii de anno* 1593. *de anno* 1604. 1612. *ordinat. polit. Cellens. c.* 44. *ordinat. provinc. Brunsv. art.* 28. 29. 30, *constit. Friderici de anno* 1645, *constit. Georgii Wilhelmi de anno* 1649. *resolutio provinciæ Luneburgensi data, de anno* 1686: Daß von den Höfen / sie mögen Schillings- oder Meyer-Güter seyn / gantz keine von Alters dabey gewesene Ländereyen / Aecker / Wiesen oder andere pertinentien / wie die Nahmen haben mögen / vielweniger die Höfe selber verpfändet / versetzet / oder sonsten / es geschehe unter welchem Schein es wolle / veräusert: und / da sich jemand unterstehen würde / dieser Dero Verordnung zuwider zu handeln / alle und jede solche Verpfänd-, Versetz- und Veräuserungen ipso jure null und nichtig seyn / und dafür geachtet werden. &c. Idem *in resolut. provinc. Hojensi data* §. V. *Constitut. Georg. Wilhelmi de an.* 1690. 1697. *Ernesti Augusti de an.* 1691. *Constit. Guelph. de an.* 1649. 1651. 1694. 1705. 1707. 1709. 1712. *Ordin. Polit. Duc. Wurt. n.* 7. Sunt tamen *in resolutione Statibus Luneburgicis* 1656. *data* §. 6. casus excepti, scilicet, si dominus prædialis, ut supra dictum, consentiat, cujus consensum, si nullas dissensus idoneas allegare valet causas, superior supplere potest. Neque præfecti consensus, si villici præfecturis obnoxii, sufficit, sed requiritur etiam Cameræ suffragium. Porro lex de non alienando per summam quoque necessitatem limitatur: Es wäre denn Sache / daß solche Verpfänd- und Veräuserung mit des Guts-Herrn Einwilligung geschehen / oder in einem sonderbahren Nothfall / als etwa in einer äusersten Krieges- oder andern dergleichen Noth / welche GOtt gnädiglich verhüten wolle / da man des Guths-Herrn consens / entweder wegen dessen Abwesenheit / oder weil die Sache keinen Verschub leidet / nicht haben kan / ein pertinentz Stücke von einem Hofe auf wenig Jahre / als auffs längste / vier Jahr lang verpfändet / aber nicht gar davon veräusert / solches auch / so bald die Gefahr

auf-

aufhöret/ oder es sonsten füglich geschehen kan/ dem Guths-Herrn angezeiget würde/ und darneben erweißlich gemacht werden könte/ daß die in einem solchen Noth-fall aufgenommene Gelder in des Hofes Nutzen verwand/ und derselbe dadurch im Stande erhalten worden. In der Verordnung/ wie es mit redintegrirung der Meyerhöfe zu halten. *c. 1. §. 2. 4. vid. & ordinat. pol. Magd. de anno* 1652. *c.* 27. *& declarat. ordinat. Camer. Brandenb. pag.* 2. *c. XV. ordinat. judicial. praefect. Gibchenst.* §. 16. Quod si vero nihil tale alienationi adsit, merito nulla habetur, & dominus æque ac successor in curia villicali partes alienatas vindicare, nullo refuso pretio, possunt, nisi factum alienantis præstare teneatur, in quo casu, licet pretium restitui debeat, ille tamen, cui res alienata obtigit, de fructibus intermedii temporis ad liquidum deductis, satisfacere cogitur. Ceterum quomodo hæc liquidatio, a qua pactum antichreticum liberat facienda, *vid. in constit. sæpe citata de anno* 1699. §. 5. 6. At, si quid dubii exoriatur, an etiam id, quod alienatum, ex numero eorum, quæ alienari nequeunt, sit, aut, si forte reus ad exceptiones paulo ante memoratas confugiat, vindicatio tamdiu in suspenso maneat, dum in foro rei sitæ, tanquam prima instantia, *in resolut. statibus Luneburg. an.*1686. *data*, causa sumariter cognita sit, an scilicet actor qualitatem, quam alter in dubium vocaverit, aut reus exceptiones allegatas probaverit: quo facto demum sententia ferenda. *Plur. vid.* **in der Verordnung/ wie es mit** *redintegrir***ung der Meyer-Höfe zu halten** *c. I.* Schaumburgicis Meieris per constitutionem Ernestinam de anno 1666. & Hildesiensibus per varios ordinationis politicæ Episcopalis articulos alienatio itidem est prohibita. Vid. quoque *declarat. ordinat. cameral. Brand. p.* 2. *c. XV. Ordinat. polit. Magdeb. de no* 1652. *c.* 27. *ordinat. praefect.*

§. VI.

§. VI.

Neque Meiero licet possessiones villicales onerare, (o) dividere, (p) aut de illis pro lubitu per ultimam voluntatem (q) disponere; sed oportet, ut ordo succedendi legibus aut moribus (r) introductus obtineat.

§. VII.

(o) Nonsolum filiabus agri emphyteutici, villicales, hereditarii, so bey dem Hof und in den Dienst gehören/ in dotem aut dotalitium dari non possunt. *resolutio Statibus Comitatus Hojensis data* §. 6. nisi Dominus prædialis consentiat; sed & dotalis pecunia, ex prædiis præstanda, ad mediocritatem redigatur, necesse est, ne coloni, oneribus hisce exhausti, ad publicas præstationes minime idonei reddantur. *ordinat. pol. Cell. c. 23. In ord. provinciali Brunsvicensi art.* 32. De dote ex prædiis rusticis præstanda, sequentem in modum dispositum est: Wer seine Kinder aus seinen Gütern aussteuren will / der soll denenselben aufs höchste ein mehrers / oder höhers nicht zur Aussteur / als ein Ackermann 30. fl. / ein Halbspänner 15. fl. / ein Köter 8. fl. wehrt / nebenst den obbestimmten Hochzeits Kosten / geringer aber unter solcher summ gar woll mitgeben; damit die Güter nicht beschweret / und derjenige / so von den Kindern im Hofe bleibet / nicht in Abgang gerahten / und weder Dienste oder dem Guths-Herrn das Seinige reichen könne; Alles bey gedoppelter Erlegung dessen / was über die vorgesetzte summ ein jeder gezahlet / oder versprochen / und was darüber zugesaget / darüber soll in keinem Gericht gehalten / weniger darzu verholffen werden: Was auch darüber ausgezahlet / das soll auf dem Fall / wan ein Streit unter den Gläubigern / bey denen Höfen / darinn die also zu hoch ausgesteurete Kinder / und insonderheit die Töchter / geheyrahtet / kein privilegium des Braut-Schatzes / oder der eingebrachten

brachten Ehesteur/ zum Vorfang einiges Gläubigers haben. Patescit tamen ex art. 33. liberos, præter ea, quæ illis ex prædiis rusticis solvuntur, ex testamento paterno aut ex lege, alia adhuc nancisci posse, si quæ alia habeat bona, de quibus libere disponere potest pater, aut in quibus omnium eadem est ratio. Atque, ne quid hic a rusticis in fraudem legis fiat, ad determinandam dotem, dotalitium constituendum, aut legitimam definiendam, ubi publica lege nihil certi stabilitum, domini consensus non male requiritur. *Resolutio statibus provinciæ Hojensis data* § 6. & *rescriptum ad status comitatus inferioris Hojensis de anno* 1693. ad quod l. c provocatur, quod & in vitalitio locum habet. Sæpissime namque ex constitutione vitalitii ingens imponitur prædio moles. Vnde *in Georgii Wilhelmi constit.* wie es mit *redintegri*rung der Meier-Güter zu halten/ §. *X.* sancitum: Als man auch wahrgenommen/ daß ein und andere *coloni* und Einhabere der Meyer-Erben-Zinß- oder Schillings-Güter/ wann selbige etwas zu Jahren kommen/ ja wol gar zu Zeiten/ um sich Ruhe und faule Tage zu machen/ bey annoch fast jungen und ruhrigen Jahren/ die Höfe ihren Kindern/ oder/ da sie deren keine haben/ ihren Anverwandten/ auch wohl gar frembden abtreten und übergeben/ in selbigen aber als Alt-Vätere/ und deren Frauen als Alt-Müttere mit sitzen bleiben/ und daraus sich jährlich grosse Abgifften *stipuliren*/ oder auch wol gar ansehnliche *pertinentien* zu ihrem Gebrauch und Abnutzungen *reserviren*/ und vorbehalten/ dabey aber ihren Kindern/ und *in specie* dem neuen *colono*, alle dem *publico* und Guths-Herren zu leistende *præstationes* und Abgifften auf dem Halse lassen/ daraus aber anders nichts/ als die Schwäch- und Verarmung des neuen *coloni*, mithin des Hofes *ruin* erfolgen kan; So ordnen wir hiemit gnädigst/ daß die *coloni* und Inhabere der Meyer-Zinß-oder Schillings-Güter/ sie seyn von

V was

was Alter und Jahren / Kräfften und Vermögen wie sie wollen / ohne Vorwissen und *consens* der Aembter und übrigen Guths-Herren / ihre Höfe und Kothen bey ihren Lebzeiten / an ihre Kinder / Befreundte oder Fremde abzutreten und zu übergeben / und sich als Alt-Vätern oder ihren Frauen als Alt-Müttern davon etwas vorzubehalten / oder sonsten ausloben zu lassen / nicht befugt / sondern / da jemand sich dessen ohne seines Guths-Herren *consens* unternehmen würde / solche Handlung an sich *null*, nichtig und kraffteloß seyn / und dem Guths-Herrn dergleichen Auslobungen / des Hofes Ertrage und Zustand nach / zu *moderiren* und einzurichten frey und bevor bleiben / nicht weniger auch in Fällen / da jemand einen Hof oder Kothe / etwa wegen Minderjährigkeit der darzu gehörigen rechten Erben oder anderer rechten Ursachen halber / nur *ad tempus*, als etwa à 10. oder 12. Jahren / und solcher gestalt eingethan wird / daß er ihn nach Verlauff solcher Zeit wieder abtreten muß / mit demselben wegen seines künfftigen / aus dem Hofe oder Kothe zu hoffen habenden / Unterhalts / anderer gestalt nicht / als mit Vorwissen und *consens* des Guts-Herrn *accordiret* / und gehandelt werden soll. Quodsi vero senio fractus, annis & viribus debilis, aut alia ex legitima causa villicali curia decesserit, vitalitio contentus, ab operis rusticis oneribusque realibus est immunis. Denique notandum, ut, si quid ex majoratico fundo præstitum, & ille, cui solutum, ante eum, qui præstitit, moritur, dimidia pars ad illius heredes, altera autem ad villicale revertatur prædium.

(p) Hodie ubique fere in Germania exstant leges: Daß die Bauren-Güter nicht sollen vertheilet werden. *Gorisius in adversariis tract.* 3. *p.* 1. *n.* 14. *Ordinat. pol. Magdeb. c.* 27. *In ordinat. pol. Cellensi c.* 44. §. 2. sequentia traduntur: Sondern / wofern solche Aecker und Wiesen alte Erb-Güter

ter seyn und also nur von Groß-Vatter oder Groß Mutter darzugebracht/ so sollen diejenigen/ so auf den Höfen und Koten bleiben/ die andere/ unangesehen sie gleich ihnen darzu berechtiget seyn/ mit einem ziemlichen Gelde/ wie sie sich dessen unter sich oder durch ihre Guths-Herrn/ Nachbaren und Freunde vereinbahren können und mögen/ablegen. &c. Nonnunquam tamen divisio licita, ita, ut plures viri præsint prædio, aut unum prædium inter plures dividatur, modo dominus consentiat, aut justa adsit causa, ob quam consensum denegare nequeat. *Ordinat. provinc. Brunsv. art.* 29. ita cautum: Gleichwohl aber ist unverbothen/ aus einem vollen Acker-Hofe zweene Halbspänner zu machen/ wenn davon dem Dienst- oder Guths-Herren eben dasjenige/ was ihm von dem Acker-Hofe gebühret/gelassen wird.conf.quoque *nova ordinat.polit.ducat. Magd.c.*19.§.9. Non autem hoc modo etiam concessum videtur, prædium in quatuor dividere curias cossaticas. Nam cossati ad manuarias plerumq; tantum adstringuntur operas, & sic dominus operis, quæ per jumenta præstantur, privaretur. *In ordinat. polit. Hildes.* §. 86. distinguitur inter agros, ad fundum majoraticum spectantes, & illos, qui sensim comparati sunt. De his ultimis rustico pro lubitu disponendi facultas conceditur: Mit der dienst-freyen Länderey aber/ so zu solchem Dienstpflichtigen Acker-Hoff eigentlich nicht gehöret/ und nach und nach darzu erkauffet worden/ mag ein jeder sein bestes thun. Potestate, deserendi curiam, privatum, arbitror, ex quo legibus sancitum, illum, nec ejus heredes possessionibus majoraticis, absque legitimis causis, ex quarum numero est, si forte dominus ipse jure indigeat, exui posse. Hoc enim jus æqualitatis involvit. Spectant huc, quæ *in recessu de an.* 1597. §. 19. habentur. vid. quoque *Recessum Gandersheimens.* §. 24. *& Ordinat. pol. Cell. c.* 45. *conf. & Ord. judic. praefect. Gibchenstein.* §.17.

V 2

(q) De

(q) De possessionibus villicalibus Meierum, ex jure proprio & sufficienti, testamento non posse disponere, eo minus dubii habet, quo magis persuasi sunt multi, illum plane non, aut levi saltem ex parte dominii majoratici subjectum existentiæ esse. Quodsi vero consensus domini ad testandum impetratus sit, quin testamentum, modo debita habeat requisita, subsistat, non ambigo; nec impedit, quod liberi & agnati hereditarium jus acceperint. Nam successio legalis non excludit testamentariam, sed ratione hujus est subsidiaria. Enimvero, ante mortem patris, nullum verum & actuale heredes habent jus, sed bona ab eo alienari possunt, pro facultate illa, qua in bona pollet, cui si placitum domini, quando rusticus dimidiatum forte habet dominium, aut minus adhuc, accesserit, recte se habet alienatio. Neque absolute dici potest, contractui villicali jus succedendi tribuendum. Hoc enim si obtineret, nulla investitura nova, ut jus in possessionem villicalem, à patre ad filium transiret, opus esset, & tunc principium illud, quod Meierus nihil aliud sit, quam simplex conductor, plane corrueret. Quod autem absque causa, si pater nihil disposuerit, filii majoratico fundo à domino privari nequeant, ex transmissione qualiscunque etiam juris, quod pater in villicali habebat possessione, proficiscitur. Ad minimum, ex legislatoris voluntate, qualitas illa defuncti heredibus, si nullæ legitimæ privationis adsunt causæ, præ extraneis majoraticum colendi fundum, prærogativam præbet. Etenim penes majores & in rusticis plerumque obtinuit, ut liberis ea, quæ patres habuerant, permitterentur, modo idonei essent, nec aliæ graves illud impedirent causæ, licet ad illud liberis jus plenum & stricte dictum non competeret. Et cum deinde ab æquitate illa germanica varie discederetur, legislatores rigorem illum iniquum,

quo

quo uti cœptum, correxerunt. Nec juvat, quod per *edict. de anno* 1702. sancitum, ne domino amplius competeret jus eligendi filium majorem, aut minorem natu, sed natu majorem, habilem tamen, & filium ante filiam, in villicali curia præcise succedere debere, cum jus eligendi antea per *constitut. de anno* 1699. *ordinat. politica Cellens.* adjunctam, dominis datum esset. Nam constitutio hæc, peculiares saltem provincias respiciens, theseos generalis non potest esse fulcimentum. Porro dispositio illa respicit casum, quo nihil a patre, permittente domino, circa successionem curiæ villicalis statutum. Omnes enim sanctiones de successione legali & hereditaria casum intestati plerumq; præsupponunt; quod & ad Germanos attinet, cum testamentorum jus hodie inter rusticos etiam ubique fere sit receptum. Vt de aliis rationibus, legislatorem ad antedictam sanctionem commoventibus, nihil dixerim, haud dubie ille animadvertit, si domino jus eligendi concederetur, juri, quo pater utebatur, transferendi suum, qualecunque etiam illud esset, ad eum, quem mores provinciæ successorem scribebant, derogari. Ex quo enim ille nihil in contrarium monuit, id quod in provincia receptum, ipsi placuisse censetur. Multo minus pungere videtur, quod adversæ sententiæ addicti urgent, dispositionem Meieri, utpote de re aliena, in se invalidam, per assensum domini convalescere non posse. Nam, cum jus aliquod duobus inest subjectis, ita ut ad illud exercendum, licet ambo non æqualiter, indivisim tamen concurrant, uno dissentiente, imprimis illo, cujus potiores sunt partes, jus illud in actum deduci nequit: attamen, ex quo dissensus cessat, validæ erunt operationes, etiamsi consensus subsequatur. Nam, quod ab initio vitiosum, accedente nova causa, convalescere potest. Firmiori contra stare talo sententiam, quæ testamentariæ dispositioni favet, patescit. Nos quidem

 ultimo

ultimo elogio, consensu domini firmato, eandem, quam alienationi inter vivos, vim tribuimus, quæ tanta est, ut consensu domini alienata a legitimis heredibus revocari nequeant. Nonne & effectus conditione aliqua potest suspendi? Neque hujus argumenti robur responsionibus contradicentium iminui potest. Non enim sequitur, testamentariam alienationem esse aliam speciem alienationis, quam alienatio inter vivos; itaque cum hac eundem non potest habere effectum. Nam, quid alienatio in sensu proprio aliud est, quam translatio dominii aut spei ejus; quocunque demum modo illud fiat, manet semper alienatio. Tralatitium quippe est, modum, non rem variare. Sic & non majoris efficaciæ est altera ratio, in contrarium adducta, multo proniores fore, tam dominum, quam villicum in alienationem testamentariam, quam in eam, quæ inter vivos dicitur. Cum decedentis nihil interesse videatur, quinam post mortem ejus curiam villicalem habiturus sit, & voluntas domini, ad consentiendum, donis atque officiis facile permoveri queat; omnia autem in alienatione inter vivos aliter se habere. Hic enim non facile Meierum optaturum, ut curia villicalis ad alium perveniat, nec dominum permissurum illud dicunt. Sed nonne amori parentum, quo liberis imprimis bene cupiunt, illud dandum, qui ipsos omnino impellet, ut plerumque exoptaturi sint, ne curia villicalis ad alios, quam ad proximos, perventura sit. Præterea accidere potest, ut æque nihil intersit villici, ad quem curia sua per alienationem inter vivos devolvatur, seposito affectu, quo in liberos aut proximos ferri solet. Quid, si prædium majoraticum affectans, pingues admodum, & quieti addictiori favorabiles offerret conditiones? Denique eodem modo, in alienatione inter vivos, quam quæ per ultimam voluntatem fit, donis & officiis, voluntas domini ad consentiendum, pertrahi potest; imo ejusmodi gene-

ris

ris argumenta, cum non ex natura rei, sed ab accidentibus sint petita, vim probandi non habent. Cumque ita patri, assentiente domino, de villicali possessione, in favorem extranei, per testamentum disponere liceat; multo magis ipsi facultas competet, uni ex liberis, etiam filiæ, suffragante domino, curiam villicalem attribuendi, prætermisso illo, cui ex more aut lege provinciali ab intestato debebatur. Neque enim ea, quæ de feudis aut fidei commissis familiæ tradita sunt, ad bona villicalia tuto extendi possunt: & aliud est, si jus primogeniturae à lege simpliciter est introductum, aliud autem, si illud, aut etiam junioratus, in casu deficientis ultimæ voluntatis, ex moribus obtinens, lege est confirmatus. Quis enim dubitaret, contra morem illum, qui in Saxonia lege est corroboratus, ut in familiæ erciscundæ judicio, major dividat, & minor eligat, ultima voluntate statui posse. Illud saltem non esset licitum, velle, ut successio ab intestato locum haberet, & tamen nolle, ut id, quod in illo casu moribus legibusque constitutum est, observetur.

(r) Ordo succedendi in curia villicali legitimus, & certo respectu subsidiarius, in Germania varius est. Sexus tamen masculinus ubique præfertur fœminis, ita, ut & hic vetus illud Sicambriorum monitum apud *Sand. ad consuet. Geldricas c.2.§.19.n.4.* locum habeat: *dat naste lief, die Mann voer t' vvief. d' Olste ob der Straeten.* Nonnullis in locis natu minimus præfertur, ut in comitatu Ravensbergensi aliisque Westphaliæ locis, ut & in Ducatu Bremensi ac Verdensi, olim etiam in Comitatu Hojensi, quod autem per constitutionem de anno 1699. **Verordnung wie es mit** *redintegrir***ung der Meyer-Güter zu halten.** §. XI. in qua domino jus eligendi datum, & postea per edictum *de anno* 1702. *pag.* 157. ut monui, mutatum est. In Comitatu Oldenburgensi, ex vetusto gentis instituto, res

immo-

immobiles ad primogenitum pervenire debent, & ab iis secundo geniti & sorores plane excluduntur. vid. *Eisenhart in dissert. quam inscripsit: Jus patrimonii dividui & individui c. IV.* Peculiare quid sane est, quod in Comitatu Schaumburgico obtinet, ut, si liberi immaturæ sint ætatis, curia villicalis ad viduam transeat, quæ illam ad secundum maritum transmittere potest. *vid. Constitution. Philippi apud Strub. pag.* 161. Eundem morem in Comitatu Lippiaco vicino locum habere, suspicor. Tenetur autem tunc vidua creditoribus satisfacere, cum universalis fiat successor. Corollarii loco addendum puto, regulariter inter rusticos jus rerum expeditoriarum non obtinere. *Finckelth. Obs.* 23. imprimis in territoriis Calenb. & Guelpherb. cum *per constitut. Friderici Ulrici de anno* 1625. portiones illæ das Heergewette/ Gerade/ Mußtheil/ quæ cum Holsatorum Huvenband/ aliqua ex parte coincidit, abrogatæ sint, quod & in Ducat. Lüneburgico factum. *ordinat. polit. Cellensis p.* 26. Interim consuetudine invalescere potest, ut & inter rusticos, res expeditoriæ locum habeant, atque, ut tunc, equi ad bellum habilis vice, equus agriculturæ aptus, præstetur. *Mod. Pist. vol. 1. c. 25. n. 22. Finckelth. l. c. ordin. politica Magdeb. August. Administ. c. XI.* sequentia refert: so woll/ daß hinfürder vom Lande niemand kein Erbe/ Heer-Geräth noch Gerade/ in die Stadt geben soll/ anders denn/ wie es hinaus gegeben wird/ und daß die Städte verpflichtet seyn sollen/ Erbe/ Heer-Gerähte und Gerade hinaus aufs Land zu geben/ inmassen als sie es hinein nehmen/ ohne alle Beschwerung und Verhinderung/ aber die Bauers-Leute auf den Dörffern/ einer von dem andern kein Heer-Gerähte noch Morgen-Gabe fordern/ geben/ noch nehmen sollen. Es wäre dan an etzlichen Orten anders hergebracht.

§. VII.

Laßi (s) æque ac Landsidelii (t) & Curmediales (v) possessionum suarum nullum, aut plenum saltem non habent

habent arbitrium: hinc nec pro lubitu alienare, vel oppignorare, aut invito domino agros deserere possunt. Successio legalis (w) in illis, investituræ ritu, (x) corroboratur, atque patrimonium eorum, non nisi in meliorationibus, fructibus, (y) & forte etiam instrumentis rusticis, consistit.

Cap. V.

(s) Latis, quæ derogavimus, eis non competere, docet *Dn. Ludvvig de jure clientelari p.* 250. Antiquis temporibus in Episcopatu Hildesiensi Lati potestate, possessiones suas, inscio etiam domino, alienandi, gavisi sunt; sed facultas hæc illis in Præfectura Winzenburgensi per constitut. de an 1654. est ademta. *In protocoll. jud. Lass. Winzenb. p.* 40. reperitur, daß/ wer Laet-Güter versetzen oder verpfänden wolte/ solches fürm Laeten-Gerichte anzeigen oder bekennen/ und den Pfand-Schilling einschreiben lassen solte. Atque, quo pretio oppignorari, aut vendi queant, eadem constitutione decretum est: daß die Laet-Güter/ vermöge solcher constitution, ungestraffet höher nicht verpfändet/ oder sonst/ von Alters her nach löblicher Gewohnheit/ gekauffet oder verkauffet werden können/ nemlich der Morgen Landes höher nicht/ als für 10. fl/ ein Morgen Hoff-Raum/ Garten oder Wiesen 20. fl. Et, si quid, ultra pretium determinatum, præstitum, ille, qui agros alienatos repetit, solvere haud tenetur. Non autem alienare possunt, nisi qui rerum suarum plenam habent administrationem. Quodsi vero adhuc sub patria potestate, aut tutela sint, parentes alienandi jure pollent: Die Eltern/ es sey Mutter oder Vatter/ können ihren Kindern/ bessern Nutzen damit zu schaffen/ derselben angeerbte Güter/ stehender Ehe/ oder so lange dieselben im Wittwenstande bleiben/ als derselben natürliche Vormünder/ auch ohne Zuthun anderer Vormünder/ woll verkauffen/ versetzen oder verpfänden. Præsum-

sumtio enim est ex affectu illo, quo parentes liberos complecti solent, nil, nisi ipsis utile, molituros esse. Sed si pupilli aut minores ex tali alienatione læduntur, beneficium restitutionis in integrum, ab illis impetrari poterit. *Protoc. jud. lat. præf. Wintz fol. 58.* Neque possessiones laticæ dividi, atque à curiis, ad quos antiquitus spectabant, separari possunt: So wird auch nicht zugelassen / daß die Laet-Güter von den Höfen / wobey sie nach dem Erb-Register beschrieben befindlich / zerrissen und bey andern Höfen cultiviret werden / es wäre dan Sache / daß solches ob inopiam des Besitzers ad tempus, bis der Besitzer respirirte, von Amtswegen vergönnet und zugelassen würde. Porro lassos invitis dominis, fundos deserere non posse, *Glossa art. 59. l. 2. juris provinc. Saxonici* docet: Denn / wer in Sachsen zu einem Zins-Guth gebohren ist / der heist ein Lasse / und der mag sich des Guths ohne des Herrn Willen nicht verziehen. Diese Lassen sind / welche unsere Vorfahren auf gewisse Vergleichunge haben sitzen lassen / da sie die Lande bezwungen hatten: censualibus autem non innatis, id est, simplicibus conductoribus, invito domino, modo de discessu in die purificationis dominum certiorem facerent, discedere licebat. Sub qua conditione & domino, hujusmodi censitam possessione privare, liberum fuit.

(t) Landsideliis alienationem & divisionem, sine consensu domini, esse interdictam, ex *jur. provincial. Solm. §. 31. seqq. Dn. Ludvvig p. 331.* docet.

(v) Nec hos alienare aut dividere suo lubitu posse, ex *Meischneri decis. Camer. lib. 1. decis. 22.* patescit. *Conf. Dn. Ludvvig. l. c. p. 257.*

(w) Successionem testamentariam in lassiticis bonis, Episcopatum Hildesiensem admittere, sequentia docent: In einfältiger Unzucht gezeugte Kinder / können von ihrer natürlichen Mutter ausser Ehe gezeuget / ab intestato vel ex testamento wohl / aber weder ex testamento, noch ab intestato von ihrem natürlichen Vater einige Laet-Güter erben.

prot.

prot. cit. fol. 82. Laet-Güter werden ab intestato nicht vererbet / dan allein an die nechsten Bluts-Freunde / oder Stamm-Erben / exclusis conjugibus, welche nur allein dieselbe / Zeit ihres Lebens / usufructuarie zu geniessen haben. Da aber zu recht beständige pacta dotalia, oder andere testamentarische disposition und letztern Willens-Vermächtniß darüber verhanden / und aufzuweisen / werden dieselben vor gültig passiret und observiret / und demjenigen / welchem dieselben dadurch vermacht / præstitis præstandis zugeschrieben / aufgetragen und verlassen. *prot. judic. la. fol.* 47. *& ex eo Martingk, in libello mscpto:* Es können auch die letztlebenden Ehe-Gatten so gar mehr nicht / als die Leib-Zucht der Güter / Zeit ihres Lebens geniessen / wenn ihnen dieselbe / wie obberühret / vom defuncto nicht erblich vermacht oder verschrieben. *l. cit.* Peculiare est, quod ea, quæ liberi separati ex bonis lassiticis in Episcopatu Hildes. accepere, si intestati & absque prole moriantur, non ad fratres & sorores, sed tantum ad parentes, à quibus bona proveniunt, devolvantur.

(x) *Conf. Dn. Ludvvig tract.* sæpecitato, ubi docet, in quibus hæ possessiones cum feudo conveniant, & in quibus ab eo discrepent.

(y) Vid. *Dn. Ludvvig l. c.* In patrimonialibus itaque lassorum bonis in Episcopatu Hildesiensi, nullis exstantibus liberis, conjuges sibi invicem, exclusis à latere junctis, succedunt. Obtinet enim ruri æque ac in metropoli Episcopatus Hildesiensis communio bonorum, & successio conjugum. vid. *Mynsinger* 2. *Observ.* 33. *Deckheri sent. Cam.* 337. Solet enim metropoleos statutum reale in materia successionis patrimonialis non solum in municipiis, sed & ruri vim obligandi habere, ita, ut nihil, præter pactum dotale, illi derogare valeat. Obiter notamus, conjugum successionem ante collaterales in Ducatu Brunsvicensi, Comitatu Schaumburgico, & Ducatu Coburgico, modo hic per annum & diem in matri-

 monio

monio fuerint, statuto locum habere. *Stryk. de success. ab intest. dissert. IV. §. XIIX. Rosleri decis. Saxo. Cob. sect. 5. decis. I.* In Electoratu Brunsvicensi in materia successionis jus commune obtinet. *Constitut. Ernesti Augusti de anno* 1694. qua itaque & consuetudini contrariæ, quæ in districtu Osterodensi & civitate Hamelensi obtinuit, derogatum videtur, cum constitutio sit generalis & mentio injiciatur: Daß bey den Gerichten nicht allemahl gleich auf einerley Weise gesprochen / sondern bald dieser / bald jener Meynunge in judicando beygepflichtet / welches dan eine Anzeige / daß desfals keine beständige Gewohnheit hergebracht.

CAP. V.

DE RUSTICORUM CONVENTIONIBUS.

§. I.

CUmque ita & rustici adhuc habeant, de quibus pro lubitu cum aliis in idem convenire queant placitum, quæ circa rusticorum pacta & contractus singularia occurrunt, in mediũ proferre constitui.

§. II.

Neque hæsito, in hoc capite de rusticorum nuptiis nonnulla tradere. Quanquam enim sint, qui asserant, matrimonium non esse contractum, sed negotium, de quo contrahitur; (a) attamen, cum pro sponsalibus, ut vocant, de præsenti sumtum, proprie & quoad formam nihil aliud sit, quam consensus de communicandis corporibus & bonis, licet hoc ultimum,

 jure

jure civili in quamplurimis locis haud obtineat, non video, cur nuptiæ ad conventiones referri nequeant,

(a) Hanc ſententiam quoque *Rimerus in quæſtionibus illuſtribus decade 2. theſ.* 1. amplectitur, atque, cur contrariae veritatem abroget, ſequentes affert rationes: (1) juſtinianeam methodum, nuptias ad jus perſonarum, contractus vero ad jus rerum referre. (2) contractus cœpiſſe jure gentium, matrimonium vero eſſe juris naturæ: itaque matrimonium contractibus prius eſſe. (3) nullam in jure noſtro actionem haberi, quæ ſit ex matrimonio, quam perſonalem eſſe oporteat, ſi ex contractu deberet deſcendere. (4) actionem, qua conjux refractaria ad cohabitationem poſſit compelli, *c. IX. de ſponſ.* eſſe in rem, non in perſonam. At notum eſt, quam male architecti juris juſtinianei ſua ſecundum rerum naturam coniunxerint, Sic & conventiones eſſe ſuum in jure naturæ, a jure civili autem pluribus gentibus communi, quarum una imitata eſt alteram, formam quandam accidentalem nactæ ſunt. Porro aliæ adhuc erant penes Romanos conventiones, ex quibus nominatæ non competunt actiones, ſed dabantur, quæ præſcriptis verbis dicuntur. Denique actio ex jure Canonico, cum fundamentum ſuum in conſenſu matrimonio junctorum habeat, non tam realis, quam perſonalis eſt. Et, ut verum fatear, quæ in libris Jurisprudentiæ particularis de actionum differentia earumque qualitatibus traduntur, mihi ſemper viſa ſunt claudicare

§. III.

Circa ruſticorum contractus, exiguus ſane Notariorum eſt uſus, quoniam ordinationes præfectis (Amt-Leuten) hanc injungere ſolent curam, quorum

itaque confirmatio & ad pacta rusticorum nuptialia (b) requiritur, et, si hæc neglecta est, pacta corruunt.

§. IV.

(b) Hujus argumenti, in constitutione Friderici Ulrici de an. 1620. hæc continentur: daß nun hinführo alle und jede Ehestifftungen/ Kauff-Brieffe/ Theilungs-Recesse und Vorträge unter der Bauerschafft auff dem Lande/ entweder von Unsern Officiren und Beamten auffgerichtet und beschlossen/ oder doch/ so bald dieselbe von den Partheyen betheidiget und beliebet/ den Beammten offenbahren und den Amts-Büchern/ um künfftiger Nachrichtung willen/ um billige Gebühr/ darinnen eine maasse gehalten/ und die Armuth nicht über Billigkeit zu beschweren/ einverleibet werden. *vid. & Ordinat. prov. Brunsv. art* 15. Si vero præfecturæ non subsint, coram domino jurisdictionali, domino prædiali negotium non ignorante, hæc omnia peragi debent. *Recess. Guelpherbyt. de an.* 1619. §. *X.* circa finem. In *resolutione Statibus provinciæ Luneburgicæ an.* 1686. data, statuitur, hic obtinere debere, quod in *ordinatione polit. Cellensi art. XI. XXIII. XXIX.* dispositum, additurque: da aber Guts-Herren verhanden/ sollen die Ehestifftungen vorher von demselben/ und zwar jedesmahl demjenigen/ deren Guts-Mann der Bräutigam ist/ (wan zuforderst auch der Braut Guts-Herr wegen des aus seinem Hofe promittirten Brautschatzes seinen consens wird ertheilet haben) nach der Güter Zustand behandelt/ und darauff vor den Aemtern und Gerichten/ in die Amts- oder Gerichts- protocolla gebührend eingeschrieben werden. Quodsi illa, quæ in contractum veniunt, summam quingentorum thalerorum non exhauriant, pro inscriptione ac copia uncialis una quarta, si vero exæquent aut superent illam summam, semiuncialis solvi debet. *Junge resolut. Statibus provinciæ Hojensis ann.* 1697. datam, ubi constitutum: daß der Adelichen und freyen Guts-Herrn Meyer und Köther Kin-

Kinder und Töchter-Männer / oder deren Eltern / Vormünder und nächsten Verwandte / ihr Anliegen wegen constituirenden Brautschatzes / gegen Vermächtnisses und Leib-Gedinges / auch anderer kindlichen Abfindung und Auslobung ihren Guts-Herren vortragen und denenselben / was und wie viel zu geben / determiniren lassen. Wan solches geschehen / und denen Beammten es schrifftlich zur ingrossirung überreichet / die so dan / und nicht ehender / die ingrossirung in das Amts-Buch verrichten. ꝛc. Pro inscriptione autem & extraditione schedulæ nuptialis, secundum ante dictam ordinationem, a villico thalerus, a cossato vero alisque, qui notoria laborant paupertate, 24. grossi, præter sex marianos, schedulam nuptialem exaranti porrigendos, solvantur oportet. Hoc autem, scilicet ut pacta nuptialia actis inserantur, constitutum, ut præfecti censere queant, an etiam dotationes aliæque ex prædiis præstationes, ultra illud, quod fieri potest, vergant. *Constit. Friderici Ulrici de an.* 1620. *Ordin. præfect. Gibcbenst.* §. 30.

§. IV.

Nuptiali societate contracta, quam & paterna mox insequi solet, varia ad usum familiæ sunt comparanda, aut etiam vendenda & permutanda. Atque si interdum nummi non adsint sufficientes, ut habitatio aliæque res, in proprios familiæque usus coemi possint, ea, quibus indigent, sunt conducenda. Vix enim rei momenti cujusdam usus gratis concedetur. Sic & in lauta ac bene aucta parte victuri, aut requirente etiam hoc ampla eorum re familiari, servorum ancillarumque operas conducant, necessum est. Hinc, primo post nuptias loco, de rusticorum emtionibus & venditionibus locationibus & conductionibus dicendum erit.

§. V.

Non quilibet prædium rusticum emere potest (c) sed domini prædiales curent necessum est, ut idoneis denuo committantur colonis, (d) qui ad ferenda onera publica sufficienter sint instructi. *Recess. Saltzthalensis* §. 19. cujus sancita & in Episcopatu Hildesiensi valent.

(c) Moris est in aliquibus Germaniæ territoriis, agros, ad curiam rusticam spectantes, consitos transferri debere. *August. administrat. ArchiEpisc. Magd. ordinat. pol. c. XI.*

(d) Sæpe deserti etiam sunt fundi, quorum aliqui adhuc nobis crudelissimi illius belli, quod tot annis Germaniam afflixit, vestigia præbent. Interest itaque Reipublicæ, ut & illi ad idoneos sedulosque redeant agricolas. Quem in finem immunitatibus illi, aliisque emolumentis sunt alliciendi, atque præmia eis, qui ejusmodi colonos procurant, constituenda. Variæ hanc in rem Principum Luneburgensium constitutiones exstant. vid. *corp. sanct. Hanov. Cell. c. XIIX. p. 745. seqq.*

§. VI.

Nec omittendum puto, in Marchionatu Brandenburgico (e) Nobilibus, ex reversalibus de an. 1540, & 1602. facultatem competere, necessitate urgente, (f) ad æstimationem Consiliariorum Cameræ, justo pretio, zu ihrer Gelegenheit etliche Bauren außzukauffen.

§. VII.

(e) Hoc jus nec in dioecesi Havelbergensi, nec in tota Prignitia & Comitatu Ruppinensi obtinere, docent. *Köppen q. 44. Scheplitz ad consuetud. Brandenb. p. 4. tit. VII.*

(f) Itaque requiritur, ut Nobilis illo prædio non ad comoditatem, sed necessitatem indigeat. *Müller resol. Marcb.* 100. n. 8. In *constitutione Joh. Georgii de an.* 1527. reperitur: Also

so auch die von Adel in Unserm Churfürstenthum/ sich auf einen alten Gebrauch bezogen/ daß ihnen ihrer Gelegenheit nach freystünde/ etzliche Bauren auszukauffen/ solches soll ihnen forthin auch freystehen/ **da sie der ausgekaufften Bauer-Güther selbst wolten bewohnen: doch/ daß sie dem Bauern/ so sie auskauffen wollen/ ihre Güter nach Werdirung/ was sie gelten mögten/ gebräuchlich bezahlen.** *In declaratione ordinat. Cameral. Joh. Georgii p. 2. c. 7.* additur: gebürlich und **auf einmahl** bezahlen/ wo sie aber sonst mit einem Rittersitz versehen/ und den aufgekaufften Hoff und Huefen allein zur Anrichtunge Meyereyen oder Vorhöfe/ oder auch zu Stärckung ihres Ackerwerckes gebrauchen wolten/ soll ihnen solches nicht vergünstiget werden. Habetur quoque l. c. non facile, ad dotalitia constituenda, prædia rustica hoc modo adhibenda esse, &, si necessitas requirat, post viduæ mortem ad rusticos reverti debere. Nec male hoc jus a legislatore restrictum. Est enim contra juris communis regulas receptum, ex quibus nemo ad vendendum, nisi illud salus Reipublicæ requirat, cogi potest.

§ VII.

Allato jam, quod in Marchia peculiariter circa necessariam prædiorum rusticorum venditionem obtinet, occasio nascitur, dispiciendi, quid in illa quæstione, an rustici Nobilibus primum aut præfectis res victui inservientes ante alios ad emendum offerre debeant, statuendum sit. Regula, quod nemo regulariter ad vendendum cogi possit, cum quilibet rerum suarum sit arbiter, negativæ opinioni favet. (g) Quodsi vero dominus, aut qui ejus vices sustinet, eodem, quo alii, res vendendas redimere velit pretio, imprimis, si necessitatibus familiæ suæ subveniendum sit,

 præ

præ aliis prærogativam quandam competere, contendunt. (h)

(g) Misera certe agrestium esset sors, si rerum suarum pretium ex nutu Nobilium aut Præfectorum, quos non tam exacte æqualitati studere, contingere potest, penderet. Hinc tam in Aula Saxoniæ Electoris, quam in collegiis JCtorum Wittebergensium & Lipsiensium contra Nobiles, qui subditis suis præceperant, ut edulia, vel cibaria, si quæ venalia haberent, sibi potius, quam extraneis venderent, judicatum est. *Rauchbarh p. 2. quæst. XXII. Carpz. p. 2. constit. 51. definit.* 10. *vid. & jus provinciale Bavaricum lib. 2. In recessu Marchico de anno* 1540. constitutum, ut omnia, quæ rustici vendenda habent, in foris urbanis venum exponantur, à qua necessitate Prælati & Nobiles sunt immunes. Ita & in recessu Provinciali urbis antiquæ (Oldenstat) de anno 1624. constitutum: Es sollen die Beambte von den Leuten nichts anders/ als baar Geld annehmen/ sondern ihnen vergönnen/ dasjenige/ was zu verkauffen oder sonsten in andere Wege auff das höchste und theurste auszubringen.

(h) Nec illud tam ex justitia expletrice, quam attributrice competere dicunt. *Manzius decis. palat.* 12. *Ertels prax. aur. p. I. p.* 388. 389.

§. VIII.

Quamvis itaque libera plerumque vendendi sit potestas, ita, ut rustici res suas quascunque etiam, fructus futuros, jure Romano distrahere possint: (i) in Imperii legibus tamen, facultas vendendi fruges in herba, restricta est, ad eum scilicet modum, ut invalida sit (l) venditio, nisi justum illius temporis solvatur pretium. (m) Etenim Dardanariorum fraudibus obicem

icem ponere annisi sunt, quippe qui, agrestium miseria audaciores, & ex eorum incommodis sua sibi parantes commoda, vili sæpe pretio ab illis fruges, nixas adhuc stirpium fibris, culmoque erectas geniculato, expalpitare sciunt.

(i) l. 8. 78. §. *fin. ff. de contrah. emt. vid. & Fabrum in rational. ad l. 8. cit.*

(l) *Ordinat. polit. de anno* 1548. *tit.* 19. *& reformat. polit. de anno* 1577. *tit.* 19. Atque hoc ad gramina quoque extendendum, und andere ihre Früchte/ licet praxis nonnullorum locorum ab eo discedat. Imo & jure veteri Carolino, quod *lib.* 2. *L L. Longobardorum tit. XXXI*, refertur, dispositum est, *ut nemo propter cupiditatem pecuniæ, aut avaritiam det pretium, ut futuram sibi emtionem præparet, & duplum vel triplum recipiat: sed tunc, quando præsentes sunt fructus, sibi illos comparet. In ordinat. præfectura Gibchensteinensis* §. 43. constitutum: Niemand soll ohne ausdrücklichen schrifftlichen consens des Amts/ einige Saat oder auf den Halmen stehende Feld-Früchte verkauffen/ bey 8. täglicher Gefängniß/ oder einer empfindlichen Geld-Straffe.

(m) *In constitut. Argent. de alienat. p.* 26. habetur, auf den gemeinen Schlag oder den mittlern Kauff und Wehrt/ wie die nach der Erndte und Herbst gemacht und im Lande gäng- und üblich seyn werden. *vid. Schilt. exerc.* 30. *ad ff.* §. 30.

§. IX.

Nec circa prædia in extraneos transferenda, licet domini suffragium impetratum sit, omni pollent facultate, sed vicini, ex capite congrui, Gespilde (n) protimiseos jure gaudent. Interim videtur, hoc aliqua ex parte territorio noxium, præsertim, si illo jure & in fundis desolatis vicani gaudeant. Nam hac ratione

novo-

novorum colonorum adventus impeditur. Quamobrem sunt Germaniæ territoria, in quibus jus congrui non admittitur. (o)

(n) Sicut rustici aliarum retractus specierum sunt capaces, ita & ex jure viciniæ alii retrahere possunt: at, quemadmodum ex viciniæ jure in pagis frequentiores retractus occurrunt quæstiones, cum pleraque rusticorum bona in immobilibus, utpote retractus objecto, consistant, hujus potissimum retractus mentionem hic facere, in transcursu quasi, constitui. *vid. Reinking de retractu consanguinitatis quæst. 3. n. 105. Tiraquellus de retract. linear. thes. I. gl. 7. n. 85. 87. Rhetii dissertatio de jure congrui c. 2. Lotichii dissertatio de jure retractus* §. 42. *seqq.* In originem hujus juris, an scilicet vis ejus ad Friderici constitutionem, an vero potius ad consuetudinem & locorum statuta sit referenda, ut & in alias hujus argumenti theses, ob instituti rationem, inquirere jam non vacat. vid. tamen *Mev. p. 2. decis.* 30. *& p. 7. decis.* 30. *& p. 7. decis.* 108. *Carpz. p. 2. c. 31. Stryck in U. M. lib. XVIII. tit. I.* §. *XVIII. Rhetius l. cap. c. 2.* Huc spectat jus, quod sibi tribuit communitas paganica, in decimarum collectione conducenda.

(o) In Marchia Brandenburgica teste Stryckio l. c. vicinitatis retractus non obtinet, nec in Ducatu Magdeburgico, nisi vicino, in re retrahenda, jam tum pars quædam competat. *Ordinat. polit. Magd. c. 22.* §. 15. Secundum ordinationem politicam Ferdinandi Episcopi Paderbornensis art. 53. Præfecturæ jure, retrahendi prædia rustica, utuntur.

§. X.

Nec circa locationem, ubique libera est rusticorum potestas. In permultis namque regionibus usu aut lege receptum, ut antequam operas suas peregrinis locent, (p) eas dominis prædialibus offerre teneant-

neantur. Atque hoc minime iniquum puto, (q) nexum, quo domino devincti sunt clientelarem reputans, modo conveniens ipsis constituatur merces, & ad humanum habeantur modum.

(p) *In recessu Marchico de anno* 1572. constitutum: welche Unterthanen in unsern Landen Kinder haben/ die sie zu ihrer Arbeit selbst nicht bedürffen/ und zu Dienste bringen wollen/ sollen sie vor allen andern ihrer Herrschafft zu Dienste anbieten und gönnen um billigen Lohn; wo aber die Herrschafft deren nicht bedürffig/ alsdenn mögen sie dieselbe nach ihren Gefallen bey andern zu Dienste bringen und bestellen. vid. quoque *declarat. ordinat. Cam. Brand. p. 2. c. XI. In Friderici Wilhelmi ordinat. famil. de anno* 1644. 1645. *tit.* §. *I. seq.* obligatio, domino prædiali, aut ex moribus jurisdictionali, ante alios locandi operas, ad triennium restricta est; sed in Neo-Marchia, secundum *recessum de anno* 1659. huic juri nulla addita est limitatio. Idem obtinet *in Ducatu Magdeb. ex constitut. Augusti Administratoris de anno* 1650. conferatur illius Bauer-Gesinde und Handwercker-Ordnunge c. 7. Nec ab eo leges & mores Bavariæ, Austriæ & Saxoniæ dissentiunt. *Ordinat. pol. Bavar. lib.* 4. *tit.* 12. *art.* 13. *Ertelii prax. aur. p.* 1. *c. IV. p.* 399. *Richter. decis.* 97. *n.* 44. *Autor annotat. ad ordinat. provinc. Lusat. inferioris observat.* 48. 49.

(q) *Carpz. lib. I. tit. VI. respons.* 59. hunc nexum ad pietatem refert.

§. XI.

Et ne operas elocantibus justa negari queat merces, & ut iis quoque largiorem, quam par est, exigendi præscindatur occasio, legibus provincialibus, in Germania haud infrequentibus, merces, qua operæ sunt locandæ, ad certam redigi solet summam; fateor tamen, le-

gum istarum quamplurimas exoletas haberi. Servi enim & ancillæ in luxum quoque sunt corrupti, & servitiis suis, quæ lenta sæpe, magnum statui pretium concupiscunt, ut nummi gulæ, libidini, & fastui sufficiant. Nec illis, qui a rusticis mercede conducuntur, fraudes desunt, &, ubi occasio fert, circa sementa, quæ ultra mercedem, aut eius loco, dominorum agris in eorum lucrum committuntur, adhibere consuescunt. Vnde in permultis Germaniæ territoriis mori illi, in notabile dominorum onus vergenti, publicis derogatum est legibus. *Recess. Marchic. de anno* 1572. *Ordinat. provinc. Lusatiæ inferioris tit.* 5. §. 8.

§. XII.

Circa conferendos agros observandum quoque, sociales colonias Saat-Gemeinschafft um die Helffte oder einen gewissen Antheil Saamen / in ordinationibus politicis (r) plerumque prohiberi, imprimis, si cum civibus contrahatur. Nocet enim rei rurali, stramenta in pecorum pabula, & agrorum stercorationes adhibenda, aliorsum verti.

(r) *In ordinat. polit. Augusti, Administratoris Magdeb. cap. XI. & in ejusdem ordinat. opilionum c.* 4. præter sociales hujusmodi colonias, pecorum quoque conjunctio, ad participandos foetus, das Vieh um die Helffte zusammen zu setzen / vetita, nisi id, consentiente magistratu, fiat. Est enim communio mater discordiarum; ex discordiis vero multa in rem communem profluunt mala.

§. XIII.

Quamvis itaque inter rusticos æque ac urbanos omnis generis contractus celebrentur: attamen

tamen inter frequentiores merito, conventionem mutui esse, existimaverim. Tot enim sunt exactiones, quibus rustici premuntur, tot sæpe fortunæ adversæ ictus, ut vix eniti queant, quo minus æs alienum contrahant. Sæpe ex luxu, & prodigalitate, in quantum in rusticos cadunt, vitium, & quod rustici rusticari nesciant. Pauca sunt, quæ circa hunc contractum singularia, ad rusticos spectantia, jam se nobis offerunt. Haud dubie huc spectare putaveris, quod rusticorum nomina (s) soleant in Hoff- und Land-Schulden distingui. Illa, ex prædio, hæc ex pago, debentur.

(s) Circa successores notandum, universalem juris æs alienum in prædium coactum agnoscere teneri, non autem singularem, nisi ad illud delendum meliorationes coloniæ suppetant, aut specialiter æs alienum fundo inhærens in se susceperit. Quodsi autem æs alienum ad pagum attinet, illud pro rata uterque subire cogitur.

§. XIV.

Et cum majorum fides a longo jam tum tempore in desuetudinem abierit, hodie alia, quam verba, requiruntur fidei pignora. Solent enim res præ fideiussoribus (t) aut expromissoribus in pignus deposci, quoniam major illis inesse creditur securitas, (u) pariuntque pignora jus reale, quod & in concursu creditorum insignem prætogativam conciliat. (x) Consuetum est inter rusticos, in agros steriles pecuniam mutuo accipere. Geld auf unbesamet Land Ahrtsweise in die Braack austhun/ ita, ut loco usurarum, creditoribus ussus agrorum concedatur, usque dum æs alienum, quod debitores conflaverant, sit persolutum. (y)

(t) So-

(t) Solet autem rusticis fideiussio absque causæ cognitione esse prohibita. Plerumque enim, ad quod ex fideiussione teneantur, non æque callent. In Ducatu Bremensi ex constitutione Archiepiscopi Christophori, fideiussiores non solum pro se & heredibus suis securitatem crediti promittere, sed & creditoribus in bonis suis mobilibus aut immobilibus, in Ducatu illo sitis, sufficientem constituere debent hypothecam.

(u) Romanis sæpe in cautionibus absentium, fideiussores multo melius probabantur, quam pignora: Germani autem pignora æque ac fideiussores admittunt, modo res sit certa. *Mevius Part. II. Decis. 256. Parte III. 347. Parte VIII. Decis. 353.* Interim & J. R. traditum, plus cautionis in re esse, quam in persona l. 25. ff. de div. R. J.

(x) Nam pignora & hypothecæ in concursu creditorum classem tertiam procurant. *Richter de Privileg.* & jure *creditorum Cap. IV.* Bona rusticorum imobilia plerumque absq; judiciali concessione in hypothecam dari non possunt, de quo jam supra monui. *vid. & ordin. polit. Magdeb. de a.* 1688. *c.* 49.

(y) Itaque pactum antichreticum hic subesse, non male dixeris, quod & ex protocollo de an. 1650. des freyen Gerichts zu Bethmar/ de quo in capite de judiciis agetur, constat. Notandum autem, si jus antichreseos expressa debitoris voluntate indeterminate concessum, creditorem, libere re antichrestica uti frui posse, omnesque fructus, etiamsi debitum usurarum modum excedant, suos facere. *Lauterbach dissert. de antichre. thesi* 42. 43. Videtur quidem huic sententiæ l. 3. C. de pignoratitia actione, quæ generaliter loquitur, obstare: ast accuratiores JCti, hanc legem de antichresi tacita intelligendam esse, dicunt. Nonnunquam id, quod legitimum usurarum modum excedit, nec in antichresi tacita in sortem imputatur, nimirum, si fructus sint incerti, id est, non uniformes & incommutabiles. *Lauterbach l. c. thes.* 44. 45. Sæpe autem simplex saltem conceditur administratio, cum onere reddendarum rationum.

§. XV.

§. XV.

Contingit, rusticum pluribus sæpe ære obnoxium esse alieno, ubi illi, qui über Saat-und Brodt-Korn obligationes, ut vocantur, habent personales, (z) aliis personalibus creditoribus præferri solent, quoniam id crediti potissimum in conservationem prædii rustici vergit.

§. XVI.

(z) *Ex constitut. Georg. Wilhelmi de anno* 1685. wegen Wiederbezahlung des den Landleuten und Unterthanen vorgeliehenen Saat-und Brodt-Korns/ hujusmodi creditoribus hypotheca legalis & privilegium conceditur, davor des debitoris Saat und gantze Haabseeligkeit verpfändlich hafftet/ keine andere/ auch privilegirte Schuld-Foderunge/ sie mag Nahmen haben/ wie sie wolle; wenn es auch/ wie vorgesaget/ mit des debitoris Gühtern gar zum Concurs gerahten/ keines weges præferiren noch vorziehen; si hoc creditum judici, sub quo sunt mutuo accipientes, indicatum, & ab eo frumenti quantitas, & usitatum ejus tum temporis pretium libro, hunc in finem confecto, gratis inscriptum. Vide etiam hoc argumentum concernentia in ante memorati Ducis *edicto de anno* 1685. *ejusque declaratione de eodem anno.* Vt autem creditoribus, omnem plane in excutiendis debitoribus exuendi humanitatem, occasio eripiatur, deducto ad victus & conserendos agros necessario frumento, solutioni Festum Michaëlis statutum, atque ut frumentum a creditore pro usitato pretio acceptetur, (nach Marckgängiger Weise) injunctum. Vide & *constitut. Archiepiscopi Henrici*, von wucherlichen *Contracten.* Et, ne ultra modum usuræ exigantur, constitutum, ut in provincia receptæ, Landübliche Zinsen/ hic quoque tantum sint solvendæ, quincunces aut etiam semisses, quales tolerantur in Ducatu Guelpherbytano, ex *Frid. Vlrici constitut. de anno* 1618. in Ducatu Magdeb. partim ex *reces-*

su Hallensi de anno 1658. partim ex consuetudine, in Electoratu Brandenburgico, *ex edicto Johannis Georgii de anno* 1573. in tota Saxonia extra Electoratum. *Richter p. 2. decis.* 74. in Ducatu Bremensi, *ex constit. Christophori* citata. Vide plura apud *Stryk in V. M. ad tit. de usuris* §. *XI.* In ordinat. tax. *Ferdinandi Episcopi Paderborn.* constituitur: Vom vorgeliehenen Korn soll nicht über ein Viertheil zum Vorthel genommen werden. *Vid. recess. provincialem Saxoniæ inferioris de anno* 1654. *& edictum Antonii Ulrici de anno* 1694. daß die Guhts-Herrn ihren Meyern nohtdürfftig mit Saat- und Brodt-Korn aushelffen / oder ihnen credit verschaffen sollen / bey Verlust ihrer Pächte.

§. XVI.

Denique, cum finium regundorum judicium a JCtis ad quasi contractus referatur, nec de finibus pactiones & transactiones sint infrequentes, cum sæpe inter rusticos de iis sint controversiæ; huic capiti epilogi loco adjicimus, salutare, ad evitandas de finibus lites, esse consilium, ut singulis annis confinia pagorum & ad illos spectantium agrorum, pratorum, silvarumque, præsentibus vicinis, visitentur, (a) collapsaque signa reparentur, confusique fines ope judicum, Scabinorum, mensorumque, a vicis pari numero eligendorum, dirimantur.

CAP. VI.

(a) *Ordinat. polit. Augusti Administrat. c.* 32. sequentia continet: So gebieten Wir / daß Unsere Aemter und Gerichts-Herren verordnen sollen / daß die Dorff-Fuhren und derselben Felder / Wiesen / und Gehöltzen / so zuvorn nicht vereinet und vermählet seyn / innerhalb Jahres Frist nach dato, und denn alle Jahr / in Beyseyn beyderseits Nachbaren und der

Ge-

Gerichts-Herrn/ besichtiget/ durch geschwohrne Messer und Steinsetzer/ deren ein jedes Dorff zweyen zu wehlen/ vereinet/ vermählet und versteinet/und also die Mahlsteine und Gräntzen zwischen ihnen selbst unter einander fleißig gehalten/ auch darzu von beyden Theilen Raum und Platz gegeben/ oder die Steine auf gleiche Unkosten gegeben werden. Confer. quoque *ordinat. sylv. Brunsv. Lüneb. jussu Christiani Ludovici anno* 1665. *revis.* §. 96. 97.

CAP. VI.
DE RUSTICORUM DELICTIS.

§. I.

QVanquam pauca sint delicta, quæ non rusticis cum aliis sint communia, atque ita supervacaneum & inutile videatur, de rusticorum delictis separatim agere velle; attamen, cum nonnulla in agrestibus frequentiora, aut eis magis propria occurrant, aliqua saltem hujus (a) argumenti proponemus.

(a) Multa, rusticorum iniquitates earumque pœnas concernentia, in *ordinat. provinciali Guelpherbytana* reperiuntur. Delicta autem, quatenus ex dolo aut culpa proficiscuntur, gravius aut levius puniuntur.

§. II.

Rusticos contra conventionum fidem in prædiis, quæ non pleno jure habent, male versantes, (b) aut de iis aliter, ac par est, disponentes, illis exui posse, jam supra monitum est.

(b) Et rusticorum, contra nexum fiduciarium clientelarem-

que impingentium, ſua ſunt feloniæ crimina, quæ condignis luere tenentur pœnis, niſi ruſticitati eorum aliquid indulgeatur. Ille autem, qui absque conſenſu domini, alienata clientelaria comparat prædia, ex *ordinat. provincial. Brunsvic. art.* 30. pretium amittat, & 20. flor. mulctam præſtet.

§. III.

Varie quoque ruſtici a legibus deflectunt. Non condonandum Chriſtianis eſt vitium, quæ in Deum impuro eructantur ore, levi punire brachio. Plus juſto animis hominum inhæret Tiberianum illud: Deorum injurias Diis curæ. Ex contemtu Numinis, & quod in contemtores ejus non acerbius animadvertatur, tot in rempublicam profluunt mala. Dici non poteſt, quam frequentia hujus generis in agreſtibus ſint delicta, qui plerumque inter pecora & inſtar pecorum educati, nullam, aut mancam admodum, veræ religionis pietatisque habent notitiam, & ab ineunte ætate in malorum conſortio vitiis asſueſcunt. Quidni, in ſingulis pagis magiſtri morum conſtitui poſſent, (c) qui una cum parocho in religionem, pietatem, moresque ad ſalutem reipublicæ & utilitatem propriam dirigendos, inquirerent.

(c) Tales in Gallia aliquando duraſſe, ex *regia conſtitut. de anno* 1657. quæ inſcribitur: *Instruction pour la viſite des Cantons des Paroiſſes*, compertum habeo. Huic regio præcepto in fine additur: Maledictus, qui facit opus Domini negligenter. Nec ſacra externa ſunt negligenda: ſymbola enim illa religionis fortiter in agreſtium animos agere ſolent. Hinc templorum ſcholarumque diligens habeatur cura, oportet, ſpartaque, ut reparandis, quæ collapſa ſunt, invigilent, præter templorum curatores, ruſticorum tribunis committatur.

§. IV.

Ex quo populus inter Principum regalia fiscalina jus venandi esse voluit, variæ in violatores voluntatis ejus leges pœnales statutæ sunt. (d) Et, cum rusticis non levis hasce fraudandi leges sit opportunitas, in *ordinationibus provincialibus* circa hæc delicta speciatim, rusticorum intuitu, (e) moneri solet.

(d) A rigore veterum, circa ferarum interceptores, paulatim desciscere, magis humanum arbitrantes, feram clanculum captantes eamque subducentes, eadem, qua fures, pœna afficiunt. Sic in *ordinat. provinc. Guelpherb.* §. 46. decernitur: Wer ein junges Wild oder Reh-Kalb/ oder ein wildes Fröschlein aufffänget/ der soll in 30. Thlr. Straffe erkant: der aber/ so junge Hasen/ Berg-Hasell- und Reb-Hüner aufffänget oder Eyer ausnimmt oder verwüstet/ zame Tauben scheust oder aufffänget/ soll mit 10. Thlr. Straffe beleget werden. Ex *constitut. Ernesti Augusti de anno* 1699. singulæ columbæ cicures, contra jus fasque enecatæ, duobus thaleris redimantur, & defectus pecuniæ carcere luatur.

(e) Rustici, ne laqueo insidias leporibus tendant, aut eos imbecilles ob teneram ætatem cursuque infirmiores intercipiant. Hic & a perdicum, anatum anserumque ferorum, ut & alaudarum sæpe aliarumque avium, notæ cujusdam interceptione prohibentur; neque volucrum illorum nidis ova excipere licet. Et, ut rusticis, imprimis opilionibus pastoribusque pecora pastus ergo in sylvas agentibus, omnis eripiatur occasio feras occidendi, bombardarum gerendarum illis ademta est potestas. *August. Administrat. ordin. polit. c. XI*, nec bombardæ ad fugandas ex segete feras adhiberi possunt, sed clamoribus sunt terrendæ. Quodsi vero rusticus jussum neglexerit, quinque thaleris in Ducat. Guelpherbyt. mulctetur. Atque, ne molossi feras sylvis latebrisque suis excutiant, tene-

rasque & cursu invalidas intercipiant, ut fustes collo alligentur, variis promulgatum est sanctionibus. Transgressoribus autem *in Ducatu Guelpherbytano*, *ex constit. Augusti*, 15. thalerorum pœna, alias arbitraria dictari solet, saltuariisque concessum, rusticorum canes, absque fustibus aut catenis e collo pendentibus circumvagantes, interficere. *Rohrs* Haußhaltungs-Recht/ *lib. 6. c. XI. Constit. Guelpherbyt. p.* 253. 343. 718. 719.

§. V.

Pagi repagulis, fossis & sepibus vivis, multiplicato nexu conjunctis, a rusticis muniri debent, &, si hoc omittant, singulis vicibus, quibus de eo admonentur, quadraginta florenorum mulctam luant. (f) Conducit enim, in territorio, adversus hostium insultus, firmatos etiam habere pagos; ante omnia, si in confinibus aut ad angustas positi sint fauces.

(f) Ita constitutum *in ordinatione provinciali Guelpherbyt.* §. 71.

§. VI.

Inter delicta, quibus potissimum reipublicæ nocetur, non male crimen Hagestolziatus (g) recensetur. (h) Quanquam rariores inter rusticos ad matrimonium nauseantes esse soleant. Cum tamen in terris Brunsvicensibus in vicis quoque hoc nomen non sit plane ignotum, & inter pœnarum compendia gratum fisci augmentum exaudiatur, duobus saltem hic ejus mentionem facere volui.

§. VII.

(g) De vocabuli etymologia, ut & de re ipsa, late agit *Schottelius c. 1. Besoldus in Thes. pract. in voce* Hagestolze. Romani lege Papia Popæa in cœlibes, augendo ærario, pœnas sanxe-

ſanxerunt. *Tacitus lib. 3. Annal. c. 25.* Propagatio enim generis humani eſt ſuſtentaculum & firmamentum Reipublicæ, atque ſinguli ad matrimonium ineundum tenentur, quando commoda ſe ejus offert occaſio. Niſi tamen aliquis compoſitus ſit, ad exigendum caſtum cœlibatum, ſentiatque, plus ſe utilitatis poſſe procurare humano generi aut civitati cœlibem, quam uxoratum, præſertim, ubi nulla prolis penuria metuenda. *Puffendorff de offic. hom. & civis. l. 2. c. 2. §. 3.*

(h) Quinquaginta annos natus cœlebs, facultate de bonis quæſitis diſponendi privatur; quanquam & ſæpe initia Hageſtolziatus ad alios redigantur annos. Sic in *ſtatutis præpoſituræ Olsburgenſis* habetur: Ein Hageſtolte behorig in Probeſtinck / ſchall olt ſien ein un vefftig (vefftig) Jahr / un drey Dage / (drey Wecken) Un / ſo ein Probſting-Hageſtolte na ein un vefftig Jahren (un (drey Wecken) affſtörwe / ſo ſchollen ſick dee Probeſte tho Ohlſeborg des verſtorbenen Hageſtolten thobehörig / un angefallen Guht / Land / edder Hoffe mit rechte anmaten / un an ſeck nehmen. Ex quo apparet, Hageſtolziatus lucrum ſæpe etiam aliis, quam Principis fiſco, cedere. Sunt & territoria, in quibus virgines, vidui & viduæ huic juri ſubſunt, quod tamen in Guelphicis provinciis vix obtinere puto. Puellis enim ſæpe non tam voluntas nubendi, quam ſponſi deſunt, & durum eſſet, cœlibatus pœnas in eos detorquere, qui non manſere cœlibes. Ita & repulſa, ut & alia matrimonii legitima impedimenta, hanc pœnam auferunt.

§. VII.

Inter ruſticorum delicta quoque eſt, privata cereviſiæ (i) coctio, ne ſcilicet Princeps in tributo cereviſiario, quod *acciſe* appellant, defraudetur. Solet hic impingens aheni braxatorii & cereviſiæ amiſſione mulctari, ut & alia adhuc ſæpe illi irrogatur pœna.

Conſtit.

Constit. Augusti de anno 1655. vide quoque *constit. hodierni Brittanniarum Regis de anno* 1706.

(i) Post introductas civitates & dominia rerum publicarum, potus quoque libertas est restricta, & varia circa liquores, augendo ærario, sancita sunt. Privata hæc incommoda publicis pensantur utilitatibus.

§. VIII.

In popinas irrumpere atque ibi commessationibus grassari, (l) chartis lusoriis tesserisque de lucro contendere, choreas & tripudia, imprimis in diebus Dominicis immodesta & lasciva exercere, merito interdictum. *Rohrs* Haushaltungs-Recht *lib. 2. c. 7.* Non raro enim hæc ansam præbent, ut rustica gens Murciæ litet, &, quæ ex hæreditate aut operis habent, dilapidet. *Augusti Administr. Magdeb. Ordinat. polit. c. XII.*

(l) Cum autem privata, ut dictum, cerevisiæ coctio ruricolis interdicta, ad reficiendos levandosque artus laboribus fractos, haustibus eorum materiam præbeat caupo. Et, ne inter pocula rixas cieant, in aliquibus regionibus salutariter constitutum, ne compotationes in cauponis sint liberæ, sed, si quis cerevisia se velit recreare, ut intra proprios penates id faciat. Porro, ne plus justo madidis indulgeat gens ruralis, in ducatu Brunsvic. pretium cerevisiæ, de quo caupones fidem habere possunt, in agricolis ad florenum, in semiagricolis (Halbspänner) ad 15. marian. & in cossatis ad decem marianos, restrictum est. *Ordin. provinc. Guelpherbyt. art.* 97. idem fere *in ordinat. polit. Augusti Administrat. Magd. c. XII. constitutum.*

§. IX.

§. IX.

Luxui quoque rusticorum & commessationibus in nuptiarum baptismorumque festivitatibus, ut & in aliis eorum conventibus, modus est positus. Exsularent hæc penitus ex Christianorum Republica, unde libidini, (m) furori, injuriis, (n) rixis, inimicitiæ, conflictibus ansa enascitur. Quicquid enim moliuntur Christiani, ejus sit generis, ut in nomine Christi fieri queat.

(m) Delicta carnis inter rusticos frequentissima sunt, & conducit, severiores in noxios hic statuere pœnas, aut ad minimum illas, qnæ statutæ sunt, exsecutioni dare. Vid. passim *ordinat. provincial. Guelpherbyt. & ordinat. politic. Cell.*

(n) De pœnis, quibus in calumniatores detrectatoresque animadvertitur, ut & de iis, quibus pugnos aut tela inferentes letalia vulnerantesque coërcentur, *conf. ordinat. provinc. Guelpherbyt. art.* 77. *seqq.* Et, cum ex crapula sævientes sæpe se ictibus contundere soleant, ne in mutuam ruant cædem, a nuptiis & caupona secures & bipennes excluduntur, & qui dicto morem non gerit, amissione armorum & thaleri mulcta, *ex art.* 98. *ordinat. cit.* est corrigendus. Peculiaris est pœna, quæ art. 81. in feminam rixæ auctricem est statuta; mulctatur nempe viginti ulnis lintei, saccis idonei.

§. X.

Cum incendiis frequentem materiam, lina igne torrenda & ad candelam aut lampadem confringenda, præbeant, sub gravissima merito pœna sancitur, conclavia, ubi illud negotii perficitur, a stabulis & horreis, ubi stramentum fœnumque asservatur, remota

habere. (o) Neque loca ejusmodi nocturnis temporibus face aut candela introire liceat; (p) neque ad istius lucem frumentum flagello excutere, nisi in lucernam sit recondita. *ordinat. provinc. Guelpherbyt. art.* 84.

(o) Communibus impensis, siccandis confringendisque linis, publica exstruenda essent ædificia, a vicis remotissima. Et ne sint nequitiarum latibula, sub oculis duorum vel trium inspectorum, statutis saltim temporibus, illi negotio operari deberent; quod munus singulis ex communitate per vices committi posset.

(p) Præstat, in vicis speculatores publica autoritate munitos habere, qui facultate gaudeant, omni hora rusticorum introëundi domicilia, investigatum, an etiam ex legibus ibi vivatur.

§. XI.

Contaminati quoque sunt rustici amore alieni. Hinc & proximorum arva invadere, eisque aliquid aratro demere (q) audent. Ex *ordinat. provinc. art.* 60. singuli sulci, telluri alienæ infissi, tribus florenis luantur, &, si quis altera vice vomere hic impingat, florenorum numerus duplicetur.

(q) Sic, qui in fundum universitatis vomerem agit, aut palos illi immittit, tot pendat florenos, quot sulcos fodit, quotque immisit palos.

§. XII.

Circa gramina, herbas segetesque varie delinquitur; nimirum, si aut auferantur, aut in pecudibus, ut a depascendis illis avertantur, debita non adhibeatur cura. Moribus Germaniæ (r) hic pignorationi

locus;

locus; oportet autem, ut pecus pignori sumtum, illi, cujus est jurisdictio in fundo, exhibeatur: neque tali possessoria pignoratione pax publica violatur. Cavendum autem, ne pignorationes illæ justitiæ limites excedant. (s)

(r) Jure Romano pignorationes sunt vetitæ. *l.* 39. §. 1. *ff. ad legem Aquil.* Ex moribus itaque, quicquid hic est juris, repeti debet. *Harprecht de jure pignorationis c.* 1. Repignorationes autem & penes nos sunt illicitæ. vid. plur. in *Stryckii usu mod. ff. ad tit. si quadrup. paup. fec.* cautionem tamen præstanti animalia pignorata sunt extradenda.

(s) *Recessus Saltzthal,* §. 21. 33. *Recess. Guelpherbyt.* §. 28. nec pecus, nostro fundo damnum inferens, obtruncari potest. *Mev. p.* 1. §. 34. *n.* 16. Excepta autem dicuntur animalia, quæ ob celeritatem aut volatum commode pignorari non possunt. Sic moribus nonnullorum locorum, jure Saxonico innitentibus, gallinæ, anates, anseres, canibus segete expelli possunt, licet aliqui eorum ab iis interficiantur. Imo alicubi & bombarda animalia hæcce transverberare licet, quod autem non, nisi herus eorum aliquoties admonitus, ut rectius curet, ne damnum eius animalia faciant, obtinere nonnulli volunt. *Stryck de jure pignorandi c.* 4. *n.* 3. Solent autem in pagis certi pignorationibus præpositi esse lictores, qui, si negligentia in exsequendo munere peccant, damnum a pecoribus datum resarciant; si autem dolo & indulgentia, virgis cæsi territorio ejiciantur. *ordin. provinc. Guelpherb.* §. 65.

§. XIII.

Nihil agrorum domini in se desiderari patiantur, quominus arva & hortos sepibus includant. Sedulo igitur cavendum, ne sudes in acumen desinant; (t) quodsi enim præacutos in sepibus habere liceret

ſtipites, fera aut cicura animalia, forte in illos acta, vulnerationis, imo vitæ periculum ſubirent. Et, ſi quid hic neglectum, ille, cujus dolo aut culpa peccatum, damnum reſarcire debet. *ordin. provincial. Guelpherbyt. art.* 59.

(t) Etenim amori proprio quidem eſt ſtudendum, ita tamen, ut proximi non obliviscamur. Imprimis autem ejusmodi ſanctiones probe ſunt obſervandæ, quoniam Principis commoda reſpiciunt.

§. XIV.

Et, ne oberrantia pecora ad paſcua agrosque alienos accedant, paſtoribus cuſtodienda tradantur. (u) Hinc & vigil nocturnus in pago equis conſtituatur; quique illi ſuos non committunt equos, in territorio Guelpherbytano, præfecto judiciali 10. florenos exſolvant, & qui ſub cura privati cuſtodis ſuos patitur eſſe, ſingulas noctes floreno redimat. *ordinat. provincial. art.* 65.

(u) Hisce tamen, ut & aliis a Feſto Walpurgis in communia æque ac privata paſcua pecus agere, vetitum, & ſi hic impingatur, florenus judicio ſolvendus. Ex illo enim die nova ſolent redire campis gramina: aſt domino, ut ſua pro lubitu tractet, inſtar ſubditi tamen, ſalva eſt facultas. Cumque ſæpe circa limites paſcuorum agrorumque fides a vicinis fallatur, in limitum motores merito acerbiſſime animadvertitur. Nec minus delinquunt, qui per prata, hortos, agrosque alterius, itinera & vias noviter faciunt. Utrisque in Ducatu Brunsvicenſi ſtatuta eſt pœna; illi viginti florenis, hi damni dati æſtimatione & floreno judici præſtando mulctantur.

§. XV.

§. XV.

Caveant quoque paſtores, ne pecora ad loca paludoſa aut in quibus linum mollescit, (w) aquatum appellant. Tabida enim ex iſtis hauſtibus fieri ſolent, & inteſtina eorum putredine corroduntur. Quodſi autem hoc negligant, damnum inde datum reſarciant, oportet, & mulcta aut carcere corrigantur.

(w) Neſcio, quid virulenti habeat linum, ex quo piſces quoque emoriuntur. Hinc nefas eſt, rivis, alendis piſcibus aptis, illud inferre, & leges provinciales hic negligentes non levis manet pœna. In Ducatu Brunsvicenſi illis viginti florenorum mulcta irrogatur. *ordin. polit. art. 52.*

§. XVI.

Nonſolum enim pecudes, ſed & ipſi vicini, terris fruges ad ſe non ſpectantes, detrahere ſolent. Itaque nonnullis in locis obtinet, ut præter damni dati penſationem fruges, rapas, aut alia olera agreſtia furantes, corbi in aquam demittantur ſubmerganturque. Sæpe tamen & gravior locum habet pœna, præſertim, ſi furtum hoc eſt reiteratum. (x) *In ordinat. provinc. Guelpherbyt.* etiam collectio glandium, ſub pœna 10. florenorum, eſt prohibita.

§. XVII.

(x) *Ordinat. Burgor. pagorum & agrorum Brandenb.* §. 41. 42. ſequentem in modum diſpoſitum: Es ſoll weder alt noch jung in andere Leute Gärten oder Höffe kommen/ daſelbſt die Gewächſe und Früchte abzuſchlagen und zu ſtehlen; ſo jemand darüber betroffen wird/ es ſey Kind/ jung oder alt/ ſo ſoll jede Person dem Amte mit 2. Thlr. Straffe verfal-

 len

len seyn / und demjenigen / so er bestohlen hat / satisfaction geben / &c. *In constit. crim. art.* 167. furibus frugum nocturnis eadem, quæ in alia furta, statuta est pœna; diurnis autem mitior. Non tamen in priori casu usque ad mortem progredi posse, interpretes putant. *Carpz. prax. crim. q.* 83. *n.* 35. In Saxonia olim furtum pomorum, aliorumque ex arboribus fructuum, triginta solidis luebatur. Hodie pœna arbitraria locum habet. *Stephani ad art.* 166. *constit. crimin.*

§. XVII.

Ex *ordinat. provinciali Guelpherbyt. art.* 81. fures rerum ad molas, aratra, aut agriculturam spectantium, antiqua consuetudine severiter puniendi sunt. (y)

(y) Non tamen rotæ pœna, jure *Saxonico hic decreta lib.* 2. *art.* 13. sed arbitraria injuncta censetur, quæ hodie cum pœna furti ordinaria haud dubie coincidet. Quanquam glossator arbitretur, & jure Saxonico pœnam rotæ non obtinuisse, nisi equi, qui aratro iuncti erant, abducti sunt, aut frumentum ex mola abreptum. Hodie in Brunsvicensibus, ut & aliis Germaniæ territoriis, abactores, sive ex stabulis, sive ex pascuis equos furto abducant, patibuli pœna afficiuntur; licet primum sit furtum, minoris etiam pretii, aliæque adsint circumstantiæ mitigantes.

§. XVIII.

In delictum furti nonnunquam rusticorum servi & ancillæ propendent, non tam lucri faciendi caussa, quam ut pecoribus, curæ suæ commissis, lautius aut copiosius præbeant pabulum. Nec hoc maneat impunitum, quoniam dominum fallere illumque frumenti parte emungere audent. Itaque, si non habent

bent in ære, quo damnum rependant, luant in corpore.

§. XIX.

Nec rusticis in contractibus desunt fraudes. Sæpissime equis, variis mendis affectis, alios decipere solent, aut ab aliis decipiuntur. Atque præter redhibitionem, si vitio notabiliori (z) venditum laboret iumentum, in illum, qui emtorem circumvenit, arbitraria statuatur pœna, quo alii a tali deterreantur facinore.

(z) De equorum defectibus notabilioribus, ex professo egit *Rövenstrunck. vide quoque Ernesti Augusti Electoris Brunsvicensis constit. de anno* 1697.

§. XX.

Denique non infrequens in ruricolarum gente est familiæ seductio. Itaque & hic eius machinationes condignis sunt compescendæ pœnis. Heic locorum seductores hujusmodi, licet saltem domesticos majori mercede a servitiis aliorum abstrahere nitantur, quinque florenorum pœnam pendere tenentur. Servi autem vel ancillæ, ante tempus dominorum servitia relinquentes, mercedem amittant, & a magistratu, ut redeant ad servitia, urgeantur: repugnantes vero in carcerem conjiciantur, &, si circumstantiæ requirant, aliquid gravius in eos decernatur, (a) terrisque ejiciantur. *ordin. provinc. Guelpherbyt. art.* 89. 90.

(a) In *Augusti Administ. Magdeb.* Baur-Gesinde/ Handwercker und erneuerter Schäfer-Ordn. *c.*17. in injuste discedentes pœna fustigationis cum relegatione est statuta, aut ad operas publicas, ubi aqua & pane tantum nutriantur, sunt condemnandi.

§. XXI.

Hæc ſunt delicta ruſticorum, quæ ſeſe nobis obtulere; poſſent adhuc alia addi, ſed varia ſunt argumenta, quæ nobis brevitatem ſuadent.

Cap. VII.

DE PRIVILEGIIS RVSTICORVM.

§. I.

A ruſticis non impune delinqui, ex capite præcedenti conſtat. Nihilominus illis ob ſimplicitatem & juris ignorantiam ſæpe quid condonatur; atque ſic circa delictorum reatum (a) æque, ac alia vitæ humanæ negotia, quædam competunt privilegia.

(a) Non, quod plane impune impingere queant, ſed quod non ubique in peccata eorum tam rigide animadvertatur, prout eſt in lege pœnam dictante.

§. II.

Excuſat itaque ruſticitas cum ſimplicitate conjuncta (b) in crimine blasphemiæ, multo magis, ſi præſumtiones adſunt, ex incogitantia peccatum eſſe. Non tamen facile hic ab ultimo ſupplicio recedendum putarem, (c) ſi blasphemia in ipſum Deum effutita, niſi urgentiſſimæ adſint circumſtantiæ mitigantes. Sic & ruſticitas in hæreſi (d) aliquantum excuſabit, niſi nimia appareat ſolertia. *Simancha in enchiridio c.* 47. *n.* 17. Denique ſimplicitas ruſticum excuſat a perjurio, ſi veroſimilis eſt error, ut docet *Angel. in auth. de teſtib.* §. *ſi vero ignoti col.* 2.

(b) Rustici versuti & sagaces, ob rusticitatem non excusantur; quinam autem tales censendi, a judicis pendet arbitrio. *Menoch. de arbitrar. jud. quæst. lib. 2. cent. 2. cap. 194. n. 3. 4.*

(c) Accedo namque *Deciano in tractatu criminali lib. VI. c. V. n.* 10. qui improbat, rusticum atrocissimas & geminatas in Deum proferentem injurias, capitis pœna non affectum, sed tantum ad triremes damnatum esse.

(d) Sunt, qui dubitant, an hæresis sit tale crimen, ut in eam pœna quadam corporali animadverti queat, nisi errorem aliquem in reipublicæ detrimentum vergentem, involvat, quem celare recusant contumaces, nec migrare volunt.

§. III.

In crimine læsæ majestatis ex simplicitate rustico pœnæ mitigatio vix speranda. Fides enim in patriam & reverentia Principi debita, juris est naturalis hypothetici, quod societates civiles præsupponit; ab iis autem, quæ juris naturalis sunt, plerumque rusticitas non excusat. (e) Ita & in crimine homicidii, societati humanæ imprimis noxio, raro (f) in rustico pœna minuitur.

§. IV.

(e) Varia a JCtis afferuntur, in quibus nullum rustico ex simplicitate aut juris ignorantia præsidium. Huc referunt, si contra jus gentium, ut & divinum positivum erratum sit, aut si leges promulgatæ expresse dicant, id, quod jussum stricte observandum, & tam simplices, quam alios sub legis præscripto contineri. *Choppinus de privileg. rusticorum lib. I. p. 2. c. 5. n. 1. Rolandus a Valle p. 1. consil. 54. n.* 8. Est autem hic sermo, de capitibus juris naturæ communibus & præcipuis, quæ ita plana & liquida sunt, ut statim assensum inveniant. Nam in aliis, quæ, ope ratiocinii

tiocinii, ex principiis naturalibus deducuntur, sæpe etiam peritiores hallucinantur. Deinde, quæ solennitates in certis actibus præscriptæ sunt, ab illis, nec rustici dicuntur immunes, nec gaudent privilegio, si quid forte circa eas neglectum sit; præsertim si peritos in propinquo habeant, quos consulere possint. *vid. plur. apud Choppinum l. c. & Menoch. de arbitrariis judicum quæst. lib. 2. cent. 2. cas. 194.*

(f) Contendunt nonnulli, agrestes, qui milites, se injuria & variis incommodis adficientes, cæco quasi impetu obtruncarunt, ordinaria pœna plecti non posse, sed virgis cæsos, exsilio mulctandos esse: horum autem sententiæ subscribere non possum. Quidni enim judex adeundus, aut ille, cujus imperata miles facere tenetur, ut ex milite debita sumatur pœna, atque is æquitati & modestiæ studere admoneatur. Quodsi autem rusticus ab illis, qui militibus præsident, nihil auxilii impetrare queat, nec miles miserum sæviter tractare desistat, illorum sententiam admittendam esse, forte putaveris, quoniam tunc rustici, absque reipublicæ tutamine, in statu quasi naturali, ubi judicia cessant, constituti, defensionem, quæ juris est naturalis, moliri videntur.

§. IV.

Caducitatis pœnam ex simplicitate quoque rusticorum esse limitandam, docent: ita ut rusticus, etiamsi canonem intra tempus, legibus præscriptum, non solvat, emphyteutico fundo minime illico sit ejiciendus; hoc autem exceptionem pati arbitror, si in litteris investituræ, pœna hæc privationis est expressa; tunc enim emphyteuta se juris (g) ignorantia excusare nequit. Nec opus est magna perspicacia, (h) ad observandum tempus legibus determinatum, intra quod canon est præstandus.

(g)

(g) Durum eſt, ruſticos puniri ob transgreſſionem legum, quas non intelligunt, & quæ nunquam ipſis promulgatæ, ſed eruditorum ſaltim manibus teruntur & varie detorquentur. Ex dictamine juris naturæ olim Valentinianus & Marcianus ad Palladium reſcripſerunt: *Leges ſacratisſimæ, quæ conſtringunt hominum vitas, intelligi ab omnibus debent, ut univerſi, præſcripto earum manifeſtius cognito, vel inhibita declinent vel permiſſa ſectentur.* Fateor tamen, & penes Romanos, licet lingua latina leges conſcriptæ exſtarent, multa obſcurius tradita fuiſſe, quæ non tam ex ipſis legibus, quam interpretum diſceptationibus & ſententiis ex æmulatione, odio, avaritia ſæpe profectis, enaſcebantur. Maximo enim jurisprudentiæ malo, illa jam tum in artem cauponariam & cereum quaſi naſum, in omnes partes flexibilem, verſa erat. Optarem, ut in rempublicam noſtram boni redirent mores, & leges ſupervacaneæ atque ad genium gentis noſtræ parum factæ, penitus ex ea proſcriberentur. Conduceret ſane, in lingua noſtra potiores conſcriptas habere leges, atque eas una cum ſacro Codice, omnibus diebus Dominicis, populo prælegi, ſingulisque patribus familias injungi, in ædibus ſuis, tam ſacrarum quam profanarum legum codicem habere; ex quibus poſt cœnam ad minimum domeſticis unum aut alterum caput eſſet prælegendum, inculcandumqne.

(h) Ita & ruſticus in recognitione feudi nullam habet prærogativam, ſi tempus, intra quod recognoſcendum, inveſtituræ litteris expreſſum, aut in vulgus notum. *Roſenthal in ſynopſi juris feudalis p.* 652. hic juris ignorantiam admittit, ſi ruſtici eam jurejurando aſſerant, concurrentibus aliis ſimplicitatis indiciis, & quando peritiores non potuerint conſuli.

§. V.

Et circa conventiones ruſtici privilegiis quibus-

 dam

dam gaudent. Sunt, qui tradunt, rusticum in contractibus ineundis toties excusari, quoties colat agrum, secundum consuetudinem aliorum. *Decianus vol.* 1. *resp.* 13. *n.* 18. Formulæ enim contractuum sæpe a rusticis, qui promittunt, quod non capiunt, minime intelliguntur. Itaque & rusticum in contractu emtionis & venditionis, beneficio *leg.* 2. *C. de rescindenda venditione*, renunciantem, nihilominus illo frui posse, docent. Præsumitur enim, rusticum, quod qualeve sit hoc beneficium, ignoravisse; sic, ut potius facilitate, quam consulto & ex liberalitate illud remittere videatur. *Tholosanus in syntagmate juris l.* 28. *c.* 25. *n.* 15.

§. VI.

Supra jam tum monitum, incultos agros ad culturam reducentibus, immunitatem ab oneribus, ad aliquot saltem annos, concedendam, quod privilegium, cum favorabile sit, late est interpretandum. *Decianus vol.* 4. *respons.* 2. *n.* 10.

§. VII.

Inter rusticorum quoque privilegia refertur, (i) quod merces pro operis, messis aut alio tempore, ex conductione præstitis, singulis diebus porrigi debeatur. Hoc legi divinæ ex asse convenit, ut & æquitati: nam hujus generis operarii, ex stipe illa vitam trahunt, nec stomachus in alterum aut tertium diem dilationem patitur; deinde, ex æquitatis jure, omni temporis articulo, quo aliquid laboris absolutum est, merces pro particula illa laboris debetur.

(i) Ex

(i) Ex jure communi mercedem non ante posse expeti, quam labor ad finem perductus, vel tempus, de quo conventum, sit elapsum, juxta *gloss. leg.* 1. *ff. de migrando*, asserunt.

§. VIII.

In condictione indebiti, rusticum ab onere probandi liberant; rationem addit Ferretus, quoniam in rusticum non cadit prudentia illa, qua præsumitur, solventem non jactare suum, sed voluisse potius debitum exsolvere: verum de hujus asserti veritate dubito, præsertim, si præsumtio aliqua contra rusticum adsit.

§. IX.

Circa jus pignorum, singulare rusticorum occurrit privilegium, quod in rebus venditis in Saxonia pignus retineant, etiamsi de eo nominatim sibi non prospexerint. *Rauchbahr quæst.* 6. *n.* 7. *Richter de jure & privilegiis creditorum c.* 2. *membr. I. n.* 44. quamvis huic asserto contradicat *Carpz. parte* 2. *constit.* 23. *defin.* 19. Interim *in ord. prov. Magd. c.* 49. *classe* 1. §. 5. hoc expresse sancitum est. (l) Porro trahunt huc etiam, quod in pacto antichretico, etsi fructus legitimum usurarum modum excedant, creditori rustico nihil in sortem imputetur, modo fructus sint incerti & commutabiles. Quanquam & hoc in aliis creditoribus, res cum pacto antichretico, tacito quoque, oppignoratas habentibus, obtinere, supra monuerim.

§. X.

(l) In Hassia hoc rusticorum privilegiis non accensendum, cum & aliis venditoribus competat, nec in Bohemia, modo contractus archivo judicii fuerit insinuatus. *Martini tit.* 2. §. 2. *n.* 16, 17. Gaudent & rustici privilegio, quod instru-

ſtrumenta agriculturæ deſtinata, non ſub generali comprehendantur hypotheca, nec in ea, quamdiu aliæ adſint res, in quas illa exerceri poſſit, exſecutio fieri queat. Sine illis inſtrumentis enim neceſſaria ſibi comparare nequeunt alimenta. *Stryck in U. M. ad tit. de pignoribus* §. *XVI. Magerus de advocatia armata c.* 4. *n.* 421. *Mencke ad tit. ff. de re judicata.* Sic & in favorem agriculturæ, quæ nec per momenti ſpatium ſuſpendi debet, in ruſticis ſervitutibus & prædiis novi operis nunciatio non habet locum. *Tholoſani ſyntagma juris univerſi lib.* 4. *c.* 27. *n.* 13.

§. X.

Quaſi-contractibus annumeratur tutelæ adminiſtratio, quam & ruſticus, a lege aut voluntate ſive teſtatoris, ſive magiſtratus, tutor conſtitutus, ſuſcipere tenetur, nec privilegio, ex ſua perſona deſumto, (m) ſeſe ab hoc onere excuſandi, gaudet. Quos enim impuberes in pagis tutores haberent, ſi ruſtici quique huic oneri ſe ſubtrahere poſſent. Interim circa ea, quæ tutori incumbunt, ruſticitati aliquid remitti, ſunt, qui putant. *Videatur Choppinus de privil. ruſtic. l. I. c. 5.*

(m) Dubium moveri poſſet, ex *l.* 6. §. *ult. ff. de excuſat. tutor.* Sed in ea dicitur, Paulum ſcribere, mediocritatem & ruſticitatem interdum excuſare, id eſt, ſi cum ſimplicitate, quæ ruſticum ad res tutelæ agendas plane ineptum reddit, eſt conjuncta, quod & ex Hadriani & Antonini ſequenti reſcripto pateſcit: Ejus, qui neget, literas ſcire, excuſatio accipi non debet, ſi modo non ſit expers negotiorum. Neque matri ad ſecunda vota transeunti, filiis non petito tutore, ut pœnam Senatus Conſulti Tertulliani evitet, ruſticitatem opitulari poſſe, arbitror. Ex ipſo enim naturæ dictamine mater de filiorum tutela ſollicita eſſe debet.

§. XI.

§. XI.

Quodsi vero rustici in conventionibus, quas cum aliis ineunt, læduntur, in casibus a jure expressis, beneficio restitutionis in integrum gaudent. *Arimini Tepati decis.* 109.

§. XII.

Notissimum est *ex l. ult. C. de testament.* in sollennibus rusticorum (n) testamentis, quinque sufficere testes, (o) si plures haberi non possint. Imo *jure Canonico c.* 10. *X. de testament.* (p) & moribus nonnullorum locorum, coram parocho & duobus testibus, validum condi potest testamentum.

§. XIII.

(n) Quod & ad alios ruri degentes extenditur. *Stryck de cautel. testament. c. XIII.* §. 5. E contrario rustici in urbe aut suburbio commorantes, ordinarium testium numerum adhibere debent. *Dauth. ad l. ult. n.* 2. *C. de testam. Faber in Codice Sabaudico lib.* 6. *tit.* 5. *def.* 26. *Mevius ad jus Lubecense p.* 2. *tit.* 1.

(o) Fœminas excludi, extra dubium pono; alias non necessum fuisset, aliquid ex testium numero remittere, si plures, quam quinque, non reperirentur. Etenim nullus facile erit pagus, ubi annumeratis fœminis, non plures, quam quinque personæ, ad ferendum hic testimonium aptæ, haberi queant.

(p) Jus canonicum in terris Germanicis, circa rem testamentariam, nullam habet auctoritatem, nisi, quatenus moribus est receptum, quod ab allegante est probandum. In terris Saxonicis, hanc dispositionem juris Canonici in rusticorum testamentis esse receptam, testantur *Wesenbecius p.* 3. *consil.* 130. *Richter decis.* 28. *n.* 2. Imo quamplurimæ dantur regiones, in quibus testamenta ruri condita, non amplius sunt privilegiata, cum omnes, qui testa-

testamenti factionem habent, coram Notario & duobus testibus valide testentur, quod in Gallia & Belgio obtinere docent *Imbertus in enchiridio juris Galliæ p. 115. Zoes, ad tit. ff. qui testamenta facere possunt, & Voetius in Compend. ff. ad eundem in fine.*

§. XIII.

Nec in judicialibus sine privilegiis sunt rustici. Causæ illorum summariter sunt tractandæ; quoniam nec labores continui, nec tenuiores facultates prolixos illos admittunt processus. *Nov.* 80. *c.* 1, 2, 3. *ordinat. pol. Cell. c.* 10. *Carpzov. lib.* 6. *c.* 10. *respons.* 122. *proc. jur. tit.* 1. *art.* 1. *v.* 69. Sic & libellorum defectus in rusticis dissimulandi dicuntur, & res secundum bonum & æquum determinandæ: sed cum libelli non a rusticis, sed ab advocatis concipiantur, vix crediderim, libellum gravioribus vitiis scatentem, (q) a judice admissum iri.

(q) Solennis quidem non requiritur libellus; oportet tamen a contradictionibus sit immunis, causaque petendi & petitum tam clare & distincte exprimat, ut judex perfecte scire queat, quænam sit actoris intentio. Sic & rusticum, absque refusione expensarum, libellum emendare non posse, tradunt *DD. ad l. edita C. de edend. Menoch. de arbitr. jud. quæst. l. 2. cent. 2. c.* 194.

§. XIV.

Sunt nonnulli Doctores, qui putant, rusticos tanquam contumaces condemnari non posse, quoniam vera contumacia dolum præsupponit, qui in rustico non præsumitur. *Menoch. de arbitr. judicum quæst. cas.* 194. *n.* 50. *seqq.* Sed horum sententiæ subscribere non possum, nisi simplicitas & ignorantia rusticorum sit in propatulo aut probari possit. Porro, nec hoc locum

habebit

habebit, si advocatis sunt instructi. Est tamen labor rusticus inter legitima impedimenta merito referendus, qui sæpe ita constitutus, ut, si justo tempore intermittatur, totius anni spes evanescat.

§. XV.

Cum itaque labores rustici, imprimis frugum collectio, maxime ad vitæ humanæ sustentationem spectet atque ita, ut rustici messi, ceu par est, vacare possint, jura ipsis, durante ea, (r) plenam a rebus judicialibus libertatem concessere; adeo, ut, si tempore feriarum æstivarum quisquam, qui negotiis rusticanis occupatus est, citetur, citatio irrita & nulla fiat. *Mevius p.2. decis. 276. Zaugerus de except. p.2. c.7. n.1.*

(r) Messis feriæ jure Romano non sunt determinatæ. *L. 2. C. de feriis & dilationibus*, qua illæ ab octavo Calendarum Julii usque ad Calendas Augusti, & feriæ vindemiarum, a decimo Calend. Sept. usque in Idus Octobr. durare dicuntur, non est Theodosii Imperatoris, sed Theodorici Gothorum Regis. *Strauch. ad jus Justinian. disp. 23. thes. 11. In Camera ex recessu Wormatiensi de an.* 1521. mesiium feriæ ab 8. Jul. usque ad 14. Augusti observantur. Alibi autem alii obtinent termini. *Stryk ad tit. ff. de feriis & dilationibus* §. 14.

§. XVI.

Addunt etiam rusticanorum privilegiorum catalogo, quod rusticus coram incompetente judice litem contestans, deinde exceptionem adhuc fori habeat. (s) Hoc enim privilegium ab ignorantia & simplicitate eorum repetunt. Unde, si advocatus haberi potuerit, exceptioni vix dabitur locus.

 (s) Ru-

(s) Rustici Ecclesiæ & Clericorum regulariter fori privilegio non gaudent, nisi a Principe impetratum, quod tali possint & debeant gaudere privilegio. *Decian. tract. criminal. vol.* 4. *c.* 9.

§. XVII.

Leviores quidem probationes sive demonstrationes, non autem testimonia inter se pugnantia, admitti puto. Ex contrariis enim testimoniis veritas innotescere non potest; quæ tamen ante sententiam, in caussis rusticorum æque ac aliorum, quantum fieri potest, cognita esse debet; nec homini, qui sibi ipsi contrariatur, tuto fides haberi potest. Quodsi vero contrarietas sit tantum in rebus, negotium, de quo quæritur, principaliter non concernentibus, & ipsi testes sint rustici, favori producentis & simplicitati deponentium aliquid indulgendum est. Sic & rusticum, per errorem falsum dicentem testimonium, de falso puniri non posse, refert *Scacias de judic. caus. civil. & crim. l.* 2. *c.* 8. *n.* 488.

§. XVIII.

Rustici publicato jam rotulo, super eisdem aut e diametro contrariis articulis, novos producere possunt testes, implorato obinde nobili judicis officio. *Salicetus ad l.* 1. *C. de juris & facti ignorantia. Choppinus lib.* 3. *c.* 1. *n.* 4.

§. XIX.

Nec desunt ICti, qui rustico restitutionem in integrum attribuunt, si forte, documenta & instrumenta sua debito tempore ad acta ferre, neglexerit. *Menoch. de arbitr. jud. quæst. c.* 194. *n.* 39. 40. Alii autem nec hic,

nec

nec contra lapsum fatalium, a simplicitate excusationem, aut antedictum beneficium admittunt, nisi legitimæ adsint causæ, quæ restitutionem in integrum promereantur.

§. XX.

Temere litigantem, rusticitas a restitutione expensarum, liberare non potest. *Scacias de judic. caus. civil. & crimin. lib.* 1. *c.* 10. *n.* 2. *p.* 10. Alia huc spectantia *vid. apud Menochium de arbitrar. jud. quæst. lib.* 2. *cent.* 2. *c.* 194. *Choppin. de privil. rustic. & Dom. Kress. de privilegiis agriculturæ.*

Cap. VIII.

DE JUDICIIS RUSTICORUM.

§. I.

Constitueram, absolutis, quæ de jure rusticorum dicenda erant, materiam de judiciis eorum late prosequi, mediaque, quomodo ea, quæ in processu inter rusticos observando, adhuc emendanda sunt, corrigi possent, proponere: verum, cum folia typis impressa, consuetam Dissertationis Academicæ magnitudinem jam tum excedere videantur, saltem de judiciorum rusticorum, quot scilicet eorum hactenus in nostram venere notitiam, objecto atque personis illa constituentibus, breviter agemus, reliqua introductioni, quam volumini judiciorum rusticorum propediem edendo præmittemus, reservaturi.

§. II.

Quomodo ſeſe vetuſtioribus temporibus in Germania habuerint judicia, eleganti diſſertatione Conringius expoſuit: in noſtratibus quædam adhuc eorum ſupereſſe veſtigia, puto. Comitiorum, quæ ſub Francis placita dicebantur, in conventu Ordinum, totam rempublicam repræſentantium, adhuc ſupereſt umbra. (a) In majorum noſtrorum conciliis, non ſolum, quæ reipublicæ ſummam reſpiciebant, ſed & judicialia negotia ponderis cujusdam, maxime, ſi Principes inter ſe contenderent, aut reipublicæ moderatorem inter & populum lites exortæ (b) eſſent, tractabantur. Etenim iſtis temporibus, juxta reipublicæ Germanicæ indolem, an omnia ſecundum gentis jura reipublicæque pacta fuerint geſta, examinari potuit.

§. III.

(a) Arbitror, vetuſtiſſimis temporibus, ſi in civis germanici caput animadverti debuerit, illud in concilio ſtatui debuiſſe. Suadent enim illud verba Taciti: *licet apud concilium accuſare quoque*, & *diſcrimen capitis intendere*. Porro ad concilium hoc ſpeciem aliquam appellationis, a ſententiis eorum, qui per pagos & vicos jus dicebant, locum habuiſſe, veroſimile eſt.

(b) Penes populum, poteſtatem fuiſſe Principum illorum, quos Germania Cæſaris & Taciti tempore habuit, dijudicandi controverſias, ut & eas, quæ ipſis cum pago, cui præſidebant, forte intercederent, reip. popularis indoles, quæ in plerisque Germaniæ gentibus obtinuit, abunde teſtatur. Neque, infrequentes fuiſſe controverſias, ex eo, quod Germanica gens non fuerit aſtuta aut callida, ſequi videtur. Nam præterquam, quod ſupra monuerim, verba illa longe alium, quam vulgo creditur, habere

bere sensum, calliditatis & astutiæ defectus, discordiarum semina, quæ partim intra hominem, partim extra eum sunt, tollere non potest. Et licet postea illorum, qui Teutonicas moderabantur gentes, aucta sit paullatim potestas, nihilominus penes concilium, summa mansit auctoritas. *Hottemann. in Francogallia c.7, 13, 14. Gloesar. Lindenbrogii & Cangii in vocab. PLACITVM. Ruinartus in præfat. quam editioni operum Gregorii Turonensis præmisit.*

§. III.

In aula Regum Francorum duo celebrabantur judicia, ipsius Regis (c) & Comitis Palatii, (d) quorum jurisdictio distinctos habebat limites. In *capitulari III. de anno DCCCXII.* §. XI. habetur; *ut Episcopi, Abbates, Comites, & potentiores quique, si causam inter se habuerint, ac se pacificare noluerint, ad nostram venire jubeantur præsentiam, neque illorum contentio alicubi finiatur, neque propter hoc pauperum & minus potentium justitiæ remaneant. Neque Comes Palatii nostri potentiores causas sine nostra jussione finire præsumat, sed tantum ad pauperum & minus potentium justitias faciendas, sibi sciat esse vacandum.* Conjicio, ex duobus illis judiciis aliqua ex parte dicasterium aulicum, (e) & cancellariam, (f) quæ in nonnullis aulis curiæ sunt distinctæ, (g) profluxisse.

§. IV.

(c) Si ecclesiastica pertractabatur causa, Referendarius sive Archicapellanus, qui in aula Carolingorum Cancellarii munus habebat, in consilium vocabatur. *Walfridus Strabo de rebus ecclesiast. cap. 31. Mallinckrot de Archicancellariis Imperii apud Wenckerum p. 323. Hincmarus de ordine & officiis Palatii Cap. 16, 19. apud Quercetanum tom. 2. Script. Franc.*

491. 492. *Joh. Chifletii aula sacra Principum Belgii cap. 5. & 6.* Cancellarium & Archinotarium dictum, patesit ex *praecepto Lotharii, de Leutis & Capella in ambiaco de anno 855. in Spicilegio Acheriano tom. 12. p. 115.* ubi habetur: *Hilduinus venerabilis Abbas, nostraque aulae Archinotarius.*

(d) Ad Palatii Comitem, causae jurisdictioni ejus subjacentes, a judicio Comitum deferebantur. Id liquet ex *Hincmaro, de ordine & officiis Palatii cap. 21. Comitis Palatii,* inquit, *inter cetera poene innumerabilia, in hoc maxime sollicitudo erat, ut omnes legales, quae alibi orta, propter aequitatis judicium, palatium aggrediebantur, juste ac rationabiliter determinaret, seu perverse judicata ad aequitatis tramitem reduceret.* Habebant suos Scabinos sive Assessores, qui Scabini Palatii vocabantur. Hinc apud monachum *S. Gallensem* habetur: *Comitem Palatii in medio Procerum suorum sedisse concionantem.* Solebantque ipsi Reges huic adesse interdum judicio. *Diploma Caroli Simplicis apud Miraeum in Donat. belgicis l. 2.* Cognoverunt quoque Palatii Comites de rebus, quae regem, regiam aut publicam utilitatem respiciebant. *Vide Cangii dissert. 14. ad Joinvillam, & Tolneri collectanea, res palatinas spectantia. cap. 4. p. 113.* Cumque placita generalia, non nisi tribus aut saepe duabus per annum vicibus celebrarentur, si quid adversus reipubl. rectorem adesset, moram non ferens, ad Comitem Palatii deferri potuit. Vnde haud dubie consuetudo illa, qua Imperator coram Palatino Comite conveniri potest, profluxit. *Aurea bulla tit. 5. §. 3. & ad eam Ludvvig p. 588. Cocceius in oratione de lege Salica p. 39. seqq.* Puto tamen, Palatinum in ejusmodi negotiis potius arbitri, quam judicis vices habuisse.

(e) Dicasterium sive judicium aulicum, aliquid ex Palatini judicio trahere, puto, ad minimum in hisce terris. Nec enim in judicio palatino regulariter causae criminales subdito-

ditorum ventilari potuisse videntur, nec illorum, qui provinciis præerant, lites dirimi: sic & in Ducatus Brunsvicensis judicio aulico ventilari non possunt causæ criminales, in quas capitis aut confiscationis bonorum pœna statuta, neque illa negotia, quæ inferiorem & superiorem jurisdictionem habentium personas respiciunt, huc pertinent; videlicet, si præfectus aut dominus jurisdictionalis sub officii prætextu deliquerit. Porro causæ status Landsassiorum subditorumque ante dicto judicio non subsunt. *Ordinat. judic. aulic. Guelpherbyt. tit. 2. Ordin. jud. aul. Cellensis part. 2. tit. 1. § 2.*

(f) Cancellaria vicem illius judicii, cui Rex ipse præsidebat, habere videtur. Omnes enim generis causæ diiudicandæ ad Regem trahi potuerunt, tam civiles quam criminales, item illorum, qui provinciis præerant, negotia minora, quod & hodie in Cancellariis obtinet. Et cum judicialia negotia a majestate Principis, deinde aliena esse visa sint, vices suas Cancellario commisere. Spectant huc, quæ habet *Stephanus Pasquier dans les recherches de la France livr. 2. chap. 4. p. 66. laquelle (Chancellerie) fut premierement introduite pour subvenir aux affliges par benefice du Roi, qui s' en veut dire le Protecteur.* Hodie tamen in quamplurimis territoriis & Cancellarius, si quis est, ut purpuratorum Princeps reipubl. aut potius, ut ajunt, status curat negotia, alii, ut Cancellariæ Directori, vices suas permittente. Quanquam inficias ire non possim, ab initio Cancellarios, non tam justitiæ administrandæ, quam instrumentis, chartis & præceptis Regis præpositos fuisse, atque ex libellis supplicibus ad Principem retulisse, (unde Referendarii nomen, secretorum participes. *Greg. Turonens. lib. 5. cap. 3, 42. Sigbertus ad annum 637. Aimoinus lib. 4. cap. 41.* Olim, cum laici plerumque litterarum rudes essent, ex ecclesiasticis eligebantur; quo factum, ut & ex ecclesiasticis Germaniæ proceribus tres Archicancellariorum dignitatem impetraverint, licet hodie Co-

lonienſi

lonienſi & Trevirenſi nihil, quam nudum ſit reliquum nomen. *Vid. Mallinckrot de Archicancellariis Imperii, & Thulem. de nomine, officio & dignitate Cancellarii in genere, apud Wenckerum p. 137. 138. & Francisci Quercetani Historia Cancellariorum & ſigillorum Franciæ cuſtodum præfat.* aliosque hujus argumenti apud *Wenckerum.*

(g) Sunt, quæ ſuadent, aliquibus in locis Cancellarias recentioris eſſe inſtituti, & olim omnes, in ſanctiori Principum ſenatu, Dicaſterio aut judicio provinciali, terminatas fuiſſe controverſias.

§. IV.

Judicia ſive placita, (h) quæ & malli, vel malla dicebantur, per pagos ſeu provincias Comites; (i) in pagorum autem diſtrictibus Grafiones; (l) in vicis Centenarii exercebant. (m) Placitorum Comitum ſpeciem præbent judicia illa, in quibus omnia provinciæ alicujus negotia judiciaria pertractantur, (n) a tribunali, quod in aula eſt Principis, diſtincta; iurisdictionis autem illius, quam habebant Grafiones, ea, quæ a Præfectis, ſive Amtmannis (o) exercetur, eſt æmula. Nec Centenariorum jurisdictio plane deſiit, ſed in Schuldaſiis (p) tam oppidanis, quam ruralibus, (q) qui nec noſtro ævo ignoti ſunt, aliqua ſaltem ex parte conſervatur.

(h) Per curtes & placita, Francos etiam judicia intellexiſſe, conſtat ex *capitulari Caroli Calvi de anno* 860. §. 6. *capitul. Ludovic. II. de anno* 867. §. *IX. Pithoei gloſſar. apud Baluzium ad libr. capitul. p.* 738.

(i) Comites in pagis, ſive provinciis jus dicebant. *Vid. Trutmanni præceptum a Maibomio primum ex tabulario Tremonienſi in vindiciis Billingianis p.* 15, 16, 17, 18. productum, & relatum *apud Baluzium tom. I. p.* 250. *& Löberum in diſquiſitione planaria Stapula Saxonica n.* 5. in quo tamen præcepto ſunt, quæ

Dno.

Dno. Eccardo ejus fidem suspectam fecere. *capit. 3. Caroli M. de anno* 803. §. 15. *apud Baluzium tit. I. p.* 393. *& capit. de anno* 813. *n.* 38. *l. c. p.* 514. *Additio quarta apud Baluz. tom. I. p.* 1220. In Comitum Assessores septem plerumque Scabini seu Racimburgii vel Rachinburgi, id est, causarum civitatis judices, a Racht & Burg dicti, a missis regiis, ad placitum populi eligebantur. *Capit. lib.* 3. *p.* 764. *lib.* 4. *p.* 775. *capit. Caroli M. de an.* 803. *p.* 393. *tom. I. apud Baluzium. Cangius in gloss. sub. vocab. Scabini, Racimburgii, Schulteti.* Inter illos eminebat Schultetus, qui proximus erat a Comite ejusque Vicarius. *Lindenbrogius in glossar. p.* 1473. 1475. *Spelmannus in glossar. p.* 477. 501.

(l) Nonnunquam in medio ævo Grafio Comitis erat synonymon. *Capit. Caroli M. de anno* 798 *apud Baluzium t. I. p.* 316. *Formulæ Bignonianæ l.* 8. *p.* 500. *t.* 2. *apud Baluzium. Cangius in voce Graffio.* Sæpe etiam tam late accipiebatur, ut & Duces complecteretur. *Mabillon de re diplom. p.* 668. Plerumque Comite inferiorem denotabat. Vide *chartam Clodovai III. apud Mabill. tom.* 3. *Ordinis St. Benedicti pag.* 619. atque passim in diplomatis Comitibus contradistinguitur. Vide *Diploma Pipini apud Doublet in Histor. Monasterii St. Dionysii p.* 694. *& Caroli M. apud eundem p.* 713. Hinc sub Comitum minorum titulo, qui fortioribus vel majoribus opponebantur, sæpe Grafiones latitare, fortassis non male arbitreris. Vide *Mainardum in notis ad concordiam regularum pag.* 149. *Baluz. tom. I. pag.* 862. *& tom.* 2. *p.* 1211. Præerantque Grafiones pagorum districtibus, qui marchiæ aut pagi minores dicebantur. Vide *diploma Henrici II. de anno* 1021. quo Monasterio Gandersheimensi donat pagos minores, qui siti erant in pagis majoribus Flenchi, Graën, & Rittega. Idem produnt formulæ veteres apud *Bignonium c.* 7. *qua est in pago illo, in Grafia illa. &c. Junge. c.* 40. Notandus etiam est locus, quem *Cangius ex tabulario Conchensis Abbatiæ in Ruthenis c.* 31 affert, *qui est in pago Ruthenico, in Grafia Cabiniacensi, in villa, cujus vocabulum est*

Clangiaco. Vocatur Grafio judex fiscalis. *Capitul. de an.* 630. *n.*51. *apud Baluzium tom. I. p.*39.

(m) Centenariorum quoque erant placita in districtibus pagorum sive majorum, sive minorum, qui in vernacula lingua Zente adpellantur. *Sed in illis nullus homo neque ad mortem neque ad libertatem suam admittendam, vel ad res reddendas vel mancipia judicetur, sed illa vel in præsentia Comitis, vel Missorum nostrorum judicentur. Capit.* 3. *Carol. M. de anno* 712. §. 1. *apud Baluz. tom. I. p.* 497. 769. 889. *Heideri deductio Lindaviensis p.* 550. Centenarios judicum munere functos, late probat *Cangius in glossar. tom. I. p.* 926. *edit. Parisiens.* Obtinuit tamen, ut per vocem Zent-Gerichte etiam criminalis iurisdictio sit expressa. *Heideri deductio Lindaviensis p.* 580. *Dnus. Eccardus ad titul.* 47. *legis salicæ pag.* 88. Et judices criminales, Centgrafii dicti, ita, ut cum Saxonum Gografiis aliquam habuerint similitudinem. *Specul. Saxon. lib.* 1. *art.* 56. Sed judicare saltem potuerunt, zu Haut und Haar/ nicht aber zu Halß und Hand. *Heiderus in ded. Lindaviens. p.* 826. Conjicio, nomini originem esse ex voce nostra Germanica, samt/gesamt/zent/ hominum multitudo in vico congregata; inde postea judex paganus, qui in Centenarii locum successit, Samt- vel Zent-Richter dictus. Appellati interdum sunt Tungini, Tungrafii. *Cangius in glossario tom.* 3. *p.* 1218. vel potius Dingräfen, præfecti judiciorum in oppidis, villis, vicis, prædiis: item Vicarii, nempe Comitum aut Grafionum. *Pithœus apud Freherum originum palatinarum part. I. in append. fol.* 2. quos nonnunquam in diplomatibus per vocabulum judicum, simpliciter positum, exprimi puto. Tametsi diffiteri nequeam, aliquando in chartis veteribus Vicarios a Centenariis distinctos. *Diploma Dagoberti, Pipini & Caroli M. apud Doublet. p.* 657. 694. 709.

(n) Nec hæc in Germania nostra ignota sunt: Archiprincipes enim, variis imperantes regionibus, peculiaria in illis habere solent judicia.

(o) De

(o) De Præfectorum sive Amtmannorum jurisdictione jam agere non vacat; spartam hanc alii reservamus tempori. Paucis monitum volo, consultum esse, certos illi & distinctos ponere limites, ne continuæ fere ipsos inter & Nobiles de jurisdictione foveantur lites, atque præfecturis non solum œconomiæ, sed & juris peritos præficere. Varia ad hoc argumentum spectantia in *constitutionibus Brunsvicensibus reperiuntur, Vide recess. Gandersheimens. de an.* 1601. §. 5. *Guelpherbyt. de anno* 1619. §. 10. *ut & resolut. Statibus provincial. Danneberg. Luneburg. & Hoyensibus, dat. Ordinat. judicii provincial. Slesvv. Holsat. revis. p. I. tit.* 2.

(p) Sero civitatibus municipalibus & oppidis jurisdictio imprimis criminalis, est data. *Löberi disquisitio planaria stapula Saxonica n.* 1557. Verosimile est, illud in quamplurimis civitatibus factum, cum Centgrafii desierint. *Heiderus in deductione Lindaviensi p.* 580. docet, in Suevia, cum Centgrafiorum sedes in liberas transmutatæ sint civitates, Sculdasios, qui Amtmanni civitatis dicebantur, in eorum locum successisse, & Imperatoris jurisdictionem criminalem exercuisse. *Stumpfii chronicon Helvet. l.* 6. *cap.* 14. *fol.* 149. Postea Principes ad eorum exemplum & suis oppidis Schulzios præfecere, qui magistratus oppidani caput essent; sæpe etiam advocati, Voigte sunt dicti. *Heideri deduct. Lindav. p.* 828. quanquam in nonnullis oppidis peculiares magistratus, sub Schulzio tamen, vogtiam curent. Certum est, vocabulum & jus vogtiæ valde esse ambiguum. *Magerus de advocatia armata n.* 204. *Wehnerus in vocabulo* Voigtey. *Furmerius rer. Frisic. triad. I. lib. I. c. I. fol.* 20. *Heiderus l. c. p.* 775. Knichen *de superioritate territorali c. IV.* voigtiam in superiorem, quæ principatus aut territorii jure exercetur, & inferiorem distinguit, & quænam utriusque sint partes, recenset. Advocatiam civitatis Helmstadiensis anno 1232. mense Septembri proxima ante exaltationem crucis, Gerhardus Abbas Werdinensis,

 Ottoni

Ottoni Duci Brunsvic. in feudum contulit, cum omnibus adpertinentiis. Fidem Principis loco ſpoponderunt Bernhardus de Dorſtat, Aimo de Homburg & Godfridus Advocatus de Vorsfelde. Ex parte Abbatis teſtes erant Thomas Præpoſitus St. Ludgeri, Bertramus Prior, Gerhardus Cellarius Werdinenſis, Johannes Rector Eccleſiæ ad St. Stephanum Helmſtadii & alii plures. Magnus Torquatus, pro CC. marcis Brunsvicenſibus Advocatiam urbis & novi fori civibus Helmſtadienſibus oppignorat. Teſtes erant Gebhardus Baro Warebergius, Gunzelinus de Aſſeburg, & Johannes de Honlage.

(q) Alicubi jurisdictionem aliquam paganicam exercent Scabini die Schöpffen/ atque in leviter peccantes aliquot ſolidorum mulcta animadvertunt, aut controverſias de finibus, agris, paſcuis, ſilvis, terminandi jus habent, aut poteſtas eorum ſaltem circa debitores excutiendos, eorumque bona ſubhaſtanda verſatur, & dicuntur Dorff/ Feld/ und Landſchöpffen. *Brummeri diſſertatio de Scabinis cap. ult.* In quamplurimis Bavariæ & Sueviæ pagis eiusmodi jurisdictionis ſpecies durat, ubi judex paganus de levioribus delictis. e. g. Von übermehen / überzäunen/ überackern cognoſcit, ſed mulctam, 72. nummos gravioris monetæ excedentem, imponere nequit. *Hundii Genealogia Bavariæ pag. 2. fol.* 401. *Ertelii praxis aurea obſervat. 3. c.* 1. Habent Bavari & adhuc aliud judicium ruſticum, quod Ehehafft-Gerichte vocant, de quo vid. *Ertelium l. c. c.* 1. *obſer.* 5. In Saxonia, Marchia, Epiſcopat. Monaſterienſi Schultetorum vigent judicia, de quibus alio loco agetur.

§. V.

Vt autem judicia aliaque (r) in provinciis recte ſe haberent, (s) quater per annum ex aulæ proceribus in provincias a Principe quidam ſcrutatum miſſi ſunt, an omnia ibi, ut par eſſet, curarentur. Celebrant-

que

que Missi Placita(t) sua, ad quæ Episcopi, Abbates, & Comites venire debebant, & ab iis gestorum ratio exigebatur. Nescio, an mihi vitio verti queat, si dixerim, aliqualem horum speciem nostra referre judicia provincialia, Landgerichte; (u) licet ex Comitum vel Grafionum Placito aliquid etiam traxisse, non negarim. In judiciis provincialibus a Commissariis, qui ex aula Principis mittuntur, merito etiam in mores Præfectorum & officii administrationem inquirendum esset, nec saltem levia rusticorum delicta examinari atque taxari; levidensia enim illa, tot non merentur sumtus, qui in novum rusticorum vergunt onus.

§. VI.

(r) Quænam Missis in provinciis expedienda fuerint, *apud Cangium in voce* Missus, recensetur. *Quodsi invenerint Comitem, Episcopum aut Abbatem, aut alium quemlibet, qui justitiam vel facere noluit, vel prohibuit, de ipsius rebus vivant, quamdiu in eo loco justitiam facere debent. lib. 4. c. 66. 133.*

(s) In Januario, Aprili, Julio, Octobri Missorum Placita celebrabantur. *cap. lib. 3. art. 812. & lib. 3. cap. 38. Lehmanni Chronicon Spir. lib. 2. cap. X.*

(t) Capitular. *I. lib. 4. apud Baluzium tom. I. p.* 790. *& lib. 5. n.* 294. *p.* 883. *tom. 2. p.* 337. *n.* 24. Neque Placita a Missis haberi potuerunt, Comitibus reipub. causa absentibus. *Leg. Long. lib. 2. tit. 53. §. 19, 20.* Munus autem hoc, tum in itinere, tum in provinciis, publicis subibant sumtibus. Et, ut in porrigendis necessariis alimentis subditi morigeri essent, tractatoria eis a Principe data, qua jubebantur provinciales mansionaticum & metatum iis resque necessarias ad victum præstare, idque Conjectum vulgo vocabant. De Conjecto in capitulis Ludovici Pii dicitur: *Volumus, ut talem conjectum Missi nostri accipiant, quando per missaticum*

suum perrexerint, hoc est, ut unusquisque accipiat panes 40. *friskingas* 2, *porcellum aut agnum unum, pullos* 4, *ova* 20, *de vino sextarios* 9, *de cerevisia modios* 2, *de annona modios* 2. *Et quando prope sunt, de illorum domibus nullum sumant conjectum. Lehmanni chronic. Spir. lib. 2. c. X.*

(u) Pristinis temporibus, ante ducentos fere annos, aliam judicia provincialia habuerunt faciem. *Heiderus p.* 207. 580. Duo saltem in plerisque Germaniæ territoriis judicia fuisse superiora, perhibent, Dicasterium aulicum a Principe & Ordinibus constitutum, & provinciale. In priori Landsassiorum & civium causas mediante processu ordinario, in posteriori vero Amtsassiorum & rusticorum lites summarie pertractatæ dicuntur; judicum partes in hoc judicio habebant Principis Commissarii & Scabini provinciales ex rusticis lecti. Majorem veterum illorum judiciorum provincialium speciem præbent judicia Slesvico-Holsatica provincialia, ubi causæ de simplici & plano tractantur. *Ordinat. judic. Provinc. Holsatic. revisa parte* 2. *tit.* 1. *seqq.* Judicia provincialia *ex ordinatione dicasterii Guelphici tit.* 81. duabus ad minimum vicibus per annum celebrari debent: verum moribus obtinet, ut, non nisi una vice quotannis habeantur, quod in Ducatu Cellensi lege sancitum. *Resolut. Nobilib. Dannenberg. dat.* §. *XI. Vid. & ordinat. polit. Episc. Hildes. Maximil. Henrici* §. 18. Comparere in iis debent omnes, qui sunt in præfecturæ, ubi judicium instituitur, territorio, legitime scilicet citati, qui non habent exceptionem fori, etiam Nobilium subditi. In Ducatu Cellensi & alibi etiam obtinet, ut quatuordecim dies ante ex suggestu publicetur. Nobilium subditi, in quos dominis suis nonnisi jurisdictio infima, die Pfahl- und Binnen-Gerichte competit, immediate a Præfecto; alii autem, in quos jurisdictionem altam & bassam, vel hanc saltem integre habent, per subsidialem sunt citandi. Quæ subsidialis citatio etiam requiritur, quomodocunque etiam Nobilium iurisdictio se habeat, si citandi

tandi in prædiis eorum commorentur, auf ihren adelichen Sitzen/ Vorwercken/ und Schäffereyen. *Resolut. Nobilibus Danneberg data* §. *XII.* Causæ in illa iudicia deferuntur minoris momenti, ut delicta leviora, injuriæ reales & verbales, stupra, imo omnia, quæ ordinationibus provincialibus & politicis adversantur. *Vid. ordinat. Dicasterii Guelpherbytani tit.* 81. Ex quo constat, nostra judicia provincialia, cum illis judiciis, quæ Rüge-Gerichte dicuntur, coincidere. *Ordinat. provinc. palatina c.* 12. *Würtenbergica fol.* 232. *seq. Ordinatio judicialis præfecturæ Giebchensteinensis* §. 3. In Suevia & Franconia ejusmodi generis judicia a Nobilibus quoque haberi solent. *Wehner. in vocabulo* Rügen. *Knipschild de Nobilitate lib.* 3. *cap.* 2. *p.* 25. Imo in nonnullis Bavariæ locis soli rustici sunt, qui in ejusmodi judiciis causas cognoscunt, sententiamque ferunt. *Ertel. in praxi aurea c.* 1 *observat.* 5.

§. VI.

Præter jam enarrata judicia Monasteriis (w) & Nobilibus in homines suos proprios iurisdictio competebat, (x) quam deinde in rusticos, eorum locum occupantes & emphyteutas retinuerunt. Huius jurisdictionis, quam infimam vocant, exercitium dicitur Bauren-Gerichte / Bauding / Hübergerichte. (y) Apud Holsatos Ding und Recht. (z) In Comitatu Ravensbergico, & principatu Juliacensi, Hals-Gedinge und Laten Bäncke vocatur. (a)

§. VII.

(w) Monasteria, ratione originis & institutionis, nullam jurisdictionem habebant. *Heiderus in deduct. Lindav. p.* 35. 353. postea vero, cum variis bonis & mancipiis, imo integris sæpe districtibus donarentur, ex Principum aliorumque liberalitate, eis aliqua jurisdictionis species est permissa, quæ deinde connniventia, aut expressa concessione

ne dominorum territorialium majores ſæpe ſumſit vires. Sed, ne a munere ſuo ſeculi cura diſtraherentur, a Principibus eis Advocati, ſive defenſores dati ſunt, aut ab illis electi, qui ſimul rei œconomicæ & judiciis præeſſent. *Conring de judiciis Reip. Germanicæ c. 35. Paulini de advocatis monaſticis* § 1 13. *ſeqq. Magerus* paſſim. Aliquando autem illi, qui Monaſteria exſtruxere, ſibi advocatiæ jus ſtipulati ſunt: a quamplurimis autem Monaſteriis, Advocatis, aut potius eorum poteſtati antiquæ valedictum.

(x) Jurisdictio hæc, quæ Nobilibus in homines ſuos proprios, aut qui eorum loco ſunt, jure proprio competit, in Germania regulariter facultatem, eos modice coërcendi, pignorandi & in carcerem agendi, non excedit. *Spec. Saxon. lib.* 1. *art.* 54. Der Herr mag wol ſelbſt pfänden auf ſeinem Guth um ſein Zinß und Geld/ daß man ihm davon gelobet hat/ ohne des Richters Uhrlaub. *Mevius p.* 5. *Decis.* 38. *n.* 3. *Osnabrugenſis* Eigenthums-Ordnung *de anno* 1594. §. ſo ſoll auch. Puto inde fluxiſſe jurisdictionem, quæ vocatur die Pfahl-Zaun- und Binnen-Gerichte/ minus adhuc jurisdictione baſſa, involventem. *Vide reſolut. ſtatibus provinc. Luneb. datam de anno* 1686. Nomen habet, quia Nobilibus hac jurisdictione gaudentibus liberum eſt, mittelſt Anſchlieſſunge an einem Pfahl/ oder der Gefängniß/ oder ſonſt auf eine mäßige Weiſe zu ſtraffen; Zaun-Gerichte autem dicuntur, weil ſie ſo weit gehen/ als ihre Zäune/ Graben/ Plancken. Quid complectantur & quomodo a mero & mixto imperio differant, *vid. in reſolut. Nobilibus Dannebergicis & Ordinibus provincial. Luneburg. dat.* Solet & Nobilibus, licet nulla plane jurisdictione gaudeant, ſervos ſuos intra pomœria ſua, contra leges civiles impingentes, corrigendi facultas concedi. *vid. reſolut. ordinib. Luneb. & Hoyen. dat.* In Comitatu Hoyenſi olim peculiare Nobilium duravit judicium, das Knahen-Gerichte dictum, von welchem ſie die Blutronne und Gerichts-Brüche zu genieſſen gehabt. *reſolut. ſtat. provinc. Hoy n. an.* 1697. *dat. circa initium.*

(y) *Kni-*

(y) *Knichen de jure territoriali c. IV. in fine*, hanc tertiam Vogtiæ speciem vocat. Est autem hæc jurisdictio colonaria & prædiaria; in rem enim potius, quam in personam, concepta videtur obligatio; siquidem clientes & coloni liberantur nexu & obsequio, si fundo decedunt. *Choppinus de leg. And. lib.* 1. *c.* 1. *n.* 2. *Heideri deductio Lindaviensis pag.* 837.

(z) Quamvis judicium hoc, in Holsatia usitatum, ultra illud, quod est in jurisdictione colonaria, aliquid complecti videatur: cum tamen, quoad originem & fundamentum cum ea coincidat, convenientiori loco ponere non potuimus. Judices autem rustici hic sunt sub Nobilis, aut qui ejus vices gerit, præsidio. Plura vide apud *Fuchsium introduct. ad proc. Holsat. lib.* 1. *c.* 13. §. 2. *seqq.*

(a) De Judiciis rusticis in Ducat. Montensi & Juliacensi, exstat *Ordinatio Juliacensis de an.* 1558. von den Hoffs-Gedingen und Laet-Bäncken. In Comitatu Ravensbergico talia judicia sub nomine Hagedinge/ Hachtinge veniunt, in quibus rusticorum controversiæ super successionibus aliisque causis rusticanis de simplici & plano a rusticorum magistris, Hagenmeisters/ adstantibus aliis ruricolis, in præsentia Præfecti pagi, deciduntur. *Dnus Meinders de judiciis Centenariis p.* 186. *vid. & Gryphiander de Weichb. c.* 64.

§. VII.

In territorio Brunsvicensi & Lüneburgensi, quod olim Episcopatum quoque Hildesiensem complectebatur, judicia ruricolas attinentia, varia occurrunt; ex quorum numero sunt, das Hever/ Heper/ Huber und Häger-Gerichte. (b) Est autem illud judicium colonarium vel rusticum, in quo, Præside Abbatiæ capite, (c) adjunctis aliquando Conventus deputatis, aut, si Nobilium sunt judicia, illo, quem Häger-Junckern/

vel Häger-Herrn vocant, sub auspiciis domini territorialis (d) controversiæ de bonis Hagermannicis (e) aut de obligatione ex iis propullulante exortæ, ope judicis & Assessorum (f) secundum statuta & consuetudines Hagermannicas, brevi manu terminantur. Huc etiam spectant das Saltzwiesen-Gerichte / (g) Probstding-(h) Freyding-oder Freyen-Gerichte/(i) Vogtding- (l) Laten-Gerichte. (m) Non possum tamen negare, inter hæc judicia insignem esse convenientiam; prope dixerim, quædam eorum, ad minimum quoad essentiam, a se invicem non differre.

§. VIII.

(b) Dictio: Heber-Gerichte/ idem est, quam Hübner- vel Hüber- Hueb- Hoffner-Gerichte. Judicium de Hubis vel Mansis circa id, quod emphyteutis & colonis incumbit, potissimum occupatum est. *Hundius in metropoli Salisburgensi tom. 1. fol.* 444. Est enim Huffa, vel Huba Longobardis Guiffa, unde deinde Hoff/ prædium vel agri tantum, unde colonus se sustentet cum familia. *Brovveri Antiquitates Fuldenses c. XVI. pag.* 260. *vid. Spelman. & Cangius in voc. Mansus.* Quod autem ad vocem Häger attinet, videtur origo ejus adscribenda sepibus illis vivis, Hagen / quibus adhuc in Germania prædia rustica circumcingi, atque contra pecorum impetum & aliqualem etiam hominum vim firmari solent; quod in vernacula nostra dicitur hägen / unde deinde, Hagen / profluxit, quasi per quam aliquid conservatur. Ex quo etiam factum, ut integri vici, sepibus obturati, nomen Hagen assumserint. Itaque Häger nihil aliud sunt, quam qui post, vel intra sepes & dumeta latitant, i. e. rustici. *Besoldo* dicuntur Häcker / a voce Germaniæ superioris Häcke/ quæ ex Saxonica, Hagen profluxit. Atque sic Häger-Gerichte/

te/ nihil aliud sunt, quam judicia rustica. Vocantur etiam Dinckwerck-Gerichte. *Webner. in voc.* **Fuldisch-Lehn.** Tralatitium est, a veteribus judicia per vocabulum Ding/ vel Geding esse expressa. *Webner. in voce* **Ding**/ ut & **Meyerdings-Gerichte/ Bau-Gericht/ Hoff-Spraecke/ Merzen-Gerichte**/ quia in illo mense aliquibus in locis convocantur; & quatenus a Monasteriis exercentur, **Hirten-Stab** dicuntur. *Besoldus in thesauro practico in hac voce. Heiderus in deductione Lindaviensi p.* 276.

(c) Habemus talia judicia in territoriis Brunsvicensibus: potissimum illa exercent Abbatia Gandersheimensis, & Amelungsbornensis, ut & Nobiles in tractu ad Visurgim. *In constitutione Antonii Uldarici de anno* 1711. recensentur, Johann Adolph Freyherr von Metternich/ Jobst Heine von Haimburg/ Heinrich Lebrecht von Grone/ Georg von der Wense/ die Wittwe von Schlägel/ gebohrne von Oehnhausen/ Johann Friedrich von Münchhausen/ und Christoph Diedrich Haacke/ atque iis judicia Hagermannica juxta *recessum de anno* 1529. confirmantur. Gandersheimense hoc judicium colonarium primordia sua debet vico libero, dem freyen Hever-Hagen/ qui olim ex octodecim constabat viris, jura quædam rustica inter se servantibus, quique in delicta leviora mulcta quadam animadvertere potuerunt; quodsi punitus mulctam solvere tergiversaretur, ad Abbatiam Gandersheimensem, principali dignitate illustrem, causa deferebatur, & tunc duplicem contumax incurrebat mulctam; &, si hujus dicto morem gerere nollet, Præfecturæ Gandersheimensis auxilia implorabant; quo facto triplex a reo exigebatur mulcta. Ex quo autem pagus ille in bello Hildesiensi dirutus & postea desertus, jugera illa præter antiquorum dominorum hæredes, & alios nacta dominos, Brunsvicenses terras, Episcopatumque Hildesiensem inhabitantes, qui Abbatiæ Gandersheimensi Hubariorum, vel hujus generis emphyteutarum nexu sunt obstricti.

 Judi-

Judicium tale Abbatiæ Amelungsbornensis in dubium vocari cœpit, fortassis ab hominibus, Germaniæ morum & juris patrii non æque peritis: verum hæc jurisdictio Monasterii, per *recessum de anno* 1543. stabilita, & *per constit. Anton. Vlrici de ann.* 1713. ad illum effectum, ut Monasterio privative competeret, confirmata est, atque nonsolum *an.* 1700. *sed & ann.* 1715. *sub præsidio Dom. Behmii, ante dicti Amelungsbornensis Monasterii Abbatis Venerabilis.*

(d) Ex iis, quæ jam supra allata sunt, constat, Monasteriis & Nobilibus in homines suos proprios & frilassos, in causis civilibus & levioribus delictis, jurisdictionem aliquam competisse: criminalia autem & res majoris momenti ad magistratus spectasse, Hirtenstäbische Sachen und kleine Frevel / als gemeine Schelt-Worte und truckene Streiche / so auf berührten Gütern und nicht ausserhalb selbigen sich zugetragen. *Heiderus l. c. p.* 841. Judicia Hubaria Gandersheimensia, & Amelungsbornensia sub Augusti Ducis nostri auspiciis & auctoritate celebrantur. Illud enim non solum ex Gandesiensi, sed & Amelungsbornensi formula liquet, quamvis in formula judicii Hubarii, auctoritate Dni. de Haimburg convocati, Principis territorialis nulla fiat mentio, sed saltim quærenti judici, an licitum sit judicium rusticum (Häger-Gerichte) habere, respondeatur: Wenn er von GOTT die Gnade / und von Sr. Hochwohlgeb. dem Herrn von Haimburg Macht und Gewalt habe. &c.

(e) Vocantur ad hoc judicium omnes, qui hujus generis bona emphyteutica, Häger-Güter/ (quæ in Suevia etiam Cornelien Güter vocantur) possident, sive in territorio illo, in quo habitant, sive extra illud commorentur. Habet autem Gandesiensis Abbatia ejusmodi colonos non solum in Electoratu & Ducatu Brunsvicensi, sed & in Episcopatus Hildesiensis Præfecturis Steuerwalde & Steinbrügge. Abbatiæ Amelungsbornensis tales etiam sunt emphyteutæ,

qui

qui in Suevia dicuntur Hoverding- / Hofleute / sæpe etiam Hoff-Hever / nisi illa vox opponatur den Stuhlgenossen / ubi vox illa idem est, quam dominus proprietatis. Quæ in hoc judicio ventilari possunt, in *formula Amelungsbornensi in responsione ad quæst.* 10. sequentem in modum exprimuntur: den gewöhnlichen Dienst / Erben-Zinß / Köhr / (jus mortuarium) auch von den Ahrthafften den Zehenden auch Gebot und Verbot / Arrest und Kummer. In *Gandersheimensi vero responsione ad quæst. I.* habetur, Abbatissæ jus competere: Bey diesem Gerichte zu erkennen über Erbe / Pfand und Kauffe / Abtritt und Ansätze / auch thun sie den Auftrag des Hever-Landes als eine tradition, so viel ihr Eigenthum auf dem Hever-Hagen erstrecket / und in dieses Gerichte gehöret. Imgleichen hat sie den Erben-Zinß / von jeglichem Morgen 4. G. auf diesen Tag (nempe in die, quo judicium celebratur) zu heben: ferner durch das gantze Jahr mit dem Erben zu wrögen und zu straffen / was Schade und Unheil auf dem freien Heber geschiehet / ausser hohe Gerichte und Landsachen / die gehören an gnädigste Herrschafft. Inter Ducatus Brunsvicensis Præfecturam Wickensen & Monasterium Amelungsborn de Hubariis eorumque bonis lites exortæ sunt. *Ab Henrico Julio in recessu supra memorato* decretum, ut Monasterio liberum sit, colonarios illos, etiam non requisito Præfecto, per ministrum, qui Häger-Voigt aut etiam corrupte Hüner-Faut vocatur, citare. Autumo, moribus Germanicis & in aliis judiciis Hubariis Subsidialibus non esse opus, si Hagermanni, qui de cetero sub alia sunt jurisdictione, citandi sunt. *Heideri deductio Lindaviensis p.* 275. 276. Nec exempla desunt, illud etiam in Suevia superiori obtinere. Patescit non solum *ex consuetudinibus veteribus curtis colonariæ, quæ est Weileræ fol.* 5. sed *& ex documento*, quod *Abbatissa Buchoviensis an.* 1640. *commissioni Cæsareæ* exhibuit, *in quo habetur:* Daß ihre Stiffts leibeigene Leute mehrentheils unter fremde Herrschafften und Obrigkeiten gesessen / denselben mit aller

Ee 3 Juris-

Jurisdiction zugethan/ihro aber nichts desto weniger mit Fällen/Gelässen und anderer Leibeigenschafft Rechten obligiret/und so der Cornelier-Güter halber sich Streit eräuget / dero gerichtbahr unterworffen seyn; *quod ex reversalibus de anno* 1471. in Camera productis, quæ habentur apud *Meischnerum decis.* 2. *fol.* 250. magis corroboratur. Vide plura apud *Heiderum l. c. p.* 846. Qui contumax, nec causas sese excusandi legitimas afferre noverit, in mulctam, Hubario judicio solvendam, condemnatur.

(f) Debet autem citatio aliquot dies ante tempus judicii, quod uno aut secundo anno præterlapso celebrari solet, fieri. Ex moribus, qui in Monasterio Amelungsbornensi observantur, decem dies requiruntur. Et tenentur, quatuor aut sex dies ante judicium cœptum Hubarii numerum agrorum & pratorum emphyteuticorum exhibere. Ex quo autem tunc judicii dies præfixus illuxerit, nempe dies lunæ post Dominic. Quasimodogeniti, Gandersheimii in Abbatiæ magno conclavi, quod Salam vel Musthauß vocant, conveniunt, atque Abbatissa ipsa, cum uno aut duobus ex Capitulo deputatis, judicio præsidet, & ex Abbatissæ latere pendet ipsius aulæ Magister, & Secretarius feudalis. In Abbatia Amelungsbornensi hoc nunc itidem Abbas & aliqui ex Conventu suscipiunt, celebraturque judicium hoc in ædibus, vel potius Curte aliqua, quæ vocatur der Stockhäuser Hoff / in oppido, quod olim fuit vicus vel villa in Comitatu Homburgensi, unde ipsi nomen Stadt alt ein Dorff. Habebant enim Monasteria in villis Kellenhöffe / id est, colonarii Hubas. *Goldastus in paranæt. Germ. fol.* 440. *Webnerus in voce* Kellenhoff/ ad quas census reditusque dabantur, ad Monasteria perferendi. Hæ interdum feudi titulo aut emphyteutico jure, honestioris etiam conditionis conferebantur, in quibus sæpe jus habendi colonaria judicia, sibi reservabant. Hubaria judicia, quæ auctoritate & jussu Seniorum, der Häger-Junckern/ qui in superiori Germania

Hoff-

Hoff-Junger/ Meyer-Herren vocantur, celebrantur sæpe sub dio, more majoribus consueto. *Heiderus in deductione Lindaviensi p.* 845. quod & forte antiquioribus temporibus ubique obtinuit. Primus actus, qui in judicio tali suscipitur, est judicis (des Hägerschen Richters Gerichts-Graffen) electio; qui autem Gandersheimii ex senatu oppidano aut civibus ante cœptum judicium eligitur, eique in judicio scriba, ut, quæ in eo gerantur, in tabulas redigat, adjungitur. Amelungsbornæ judicis munere nuper ille, qui a Principe monasterii œconomiam conduxit, functus est. Postea ex Hagermannis eliguntur Assessores, quorum numero sunt Gandersheimii cives, quos senium & prudentia commendat, ut & rustici ex vicinis pagis. Monasterium Amelungsbornense præter cives Stadtaltendorfenses & rusticos, etiam Priorem, Conventus & œconomiæ Amelungsbornensis Præfectum, duos fratres Nobiles de Campen, Assessores habuit. Circa Assessorum numerum varii observantur ritus: plerumque duodecim adhibentur ad morem majorum, qui judici duodecim Scabinos adjungere solebant. *In litteris Prælati Ysnensis in Dynastia Tranchburgensi de an.* 1640. Darnach/ so besetze man das Gerichte mit zwölff Richtern und einem Amtmann. Gandesii sex & civibus, reliqui autem ex agrestibus leguntur. In judicio colonario, quod jussu & auctoritate, nuper beate defuncti Domini de Haimburg, Dicasterii Guelpherbytani judicis aulici, habitum est, itidem duodecim fuerunt adhibiti Hagermanni, in pari numero, ex tribus judiciis assumendi, &, ut peregrini adsint, ab eis, quorum jussui subsunt (fremde Häger-Junckern) imperari debet. In Amelungsbornensi judicio colonario, præter supra dictos Assessores, tam ex oppidanis Stadtaltendorfensibus, quam ex rusticis æquali numero, sex Scabini & arbitri (Frey-Schöppen oder Rechts-Leute) lecti sunt. Olim autem minorem etiam adhibitum fuisse numerum, constat. Ex his deinde duo secernuntur, qui vocantur Urthel-Träger/ quorum officium

officium in eo consistit, ut, quæ justa putat judex & legibus convenientia, cum Hagermannis communicent, atque ad ipsum horum responsionem deferant. Hi itaque Hagermanni, tanquam Pares curiæ, ad dijudicandas causas concurrunt. *Vid. Wehner in voc.* **Fuldisch Lehn**/ *& Heid. l. c. p.* 845. Igitur in hisce judiciis exceptionem patitur veterum illud, quod judex esse non possit rusticus. *Specul. Suev. lib.* 1. *cap.* 72. *& lib.* 2. *c.* 13. §. 2. quoniam judices & Scabini requirebantur nobiles, id est, ingenui, qui ingenuitatem suam ad quartum gradum ostentare potuerunt, *Spec. Saxon. lib.* 3. *art.* 39. Duo etiam eliguntur Procuratores, quorum alter illius, cujus nomine & auctoritate judicium habetur, (des Hägerschen Junckern) desideria, alter vero ea, quæ Hagermanni aliique expetunt, proponit. Gandersheimii duo sunt lecti, unus ab oppidanis, alter a rusticis. In judicio Amelungsbornæ haud ita pridem celebrato, neminem invenio, nisi Procuratorem a monasterio constitutum. Inter alia autem Procuratoris, a Capite judicii ordinati munia est, ut nomina Hagermannorum recitet, absentes annotet, & juxta morem veterem judicium Hubarium aperiat, (einwerbe.) In Suevia sub initium hujusmodi judicii articuli, ea, quæ Hubariis incumbunt, continentes, præleguntur. *Heiderus in deduct. Lindav. p.* 846. Actus judicandi fit per quæstiones, responsiones & pronunciationes, sive sententias, ex ritu veterum Germanorum, qui brevissime hoc modo judicialia absolvebant negotia: *Vide Lehmannum in chron. Spirensi lib.* 4. *c.* 21. *Conringius de judiciis reipubl. Germanica* §. 98. Et quæ contra Hagermannos pronunciata sunt, per officialem illum, quem Voigt appellant, sive etiam per alium judicii jussu ab iis exigi possunt; &, si illi contumaces, ope Præfecti, ut sententiæ morem gerant, sunt adigendi, atque per illum etiam realis & actualis immissio fieri debet. *Constitutio Henr. Jul. de an.* 1593. Olim nulla in talibus judiciis appellatio locum habuisse videtur, quoniam non

non jure magiſtratus inferioris, ita, ut ab illis ad ſuperiorem cauſa ob gravamina deferri potuerit, ſed jure proprio utebantur. Potuit tamen Princeps haud dubie, ſi quis contra jus fasque jure ſuo abuteretur, vi ſuperioritatis territorialis, in ea, quæ contra leges & dictamina rationis patrabantur, inquirere, aut proprio motu, aut ad preces eorum, qui læſi erant. Hodie in noſtris terris nullus ambigendi ſupereſt locus, a ſententia in Hubario judicio lata, appellari poſſe. Illud enim nonſolum ex *conſtit. Henrici Julii & Antonii Ulrici, judicium colonarium Amelungsbornenſe concernentibus, ſed ex formula Gandersheimenſi* conſtat, oder ſobald an den gnädigſten Landesfürſten/ S. F. G. Cantzeley / oder Hoff-Gerichte in rechter Zeit appelliren.

(g) Etſi judicium, quod Saltzwieſen-Gerichte vocatur, haud dubie a loco, in quo habitum, nomen ducens, cum judicio Hagermannorum in aliquibus coincidat, cum utrumque ſit judicium conventionale; attamen ab eo differre dicunt, quod in judiciis ad pratum ſalis, Abbatiſſæ nec jus exigendi canonem emphyteuticum competat, ſed illud æque, ac juriſdictionem altam & baſſam unice penes Præfecturam eſſe: deinde jugera huic judicio obnoxia, paucis exceptis oneribus publicis, ſubeſſe. Hinc, ſi quid ex illis agris valide alienari, aut ad hæredes tranſire debeat, Præfecturæ cognitione & confirmatione opus eſſe. Hæc ſunt, quæ a Præfectura Gandersheimenſi afferuntur.

(h) Præpoſitura Olsburgenſis a duobus Præpoſitis, eccleſiaſtico altero, altero laico regitur. Præpoſitura laica Brunsvicenſe feudum eſt; eccleſiaſtica jure hereditario competit. Exercet & illa judicium colonarium, ſupra Probſtingmannos, ſibi obſequio & vinculo arctiori obnoxios, in cujus teſtimonium mortuarium, Baulebunge / gallina illa, quæ Hals-Huhn vocatur, exhiberi debet, quam & illos præſtare teneri, qui ex Probſtingmannis nati, mediante ma-

trimonio, in aliud prædium, non Probstingicum se conferunt, nec eos fieri Præfecturæ homines proprios, Halß-eigene/ Præpositura contendit: ast lites ei obinde a Præfefectura moventur; nec puto, illi jus in thesi deesse, cum huic jurisdictio non tam personalis, quam realis sit: quid in hypothesi obtineat, alio loco investigabitur. Ceterum multa libertate gaudent: possunt enim pro lubitu, ut eorum fert animus, discedere, & , si alibi victum & amictum sibi parare nequeunt, ad fundum Probstingicum reverti. (mögen sie weder frie in Probstdings Gerechtigkeit genomen werden/ un tho öhren Erve/ so see mit Rechte fodern/ ihr gestadet werden) uti est *in statutis ab Henrico Julio* 1561. *Frid. Ulrico* 1625. *Augusto* 1653. *Rudolpho Augusto & Antonio Ulrico* 1694. confirmatis. Et si bona Probstingica sint derelicta, non statim aliis conferri possunt, scholl nie einen Probstdings-Mann/ edder Knapen/ binnen Landes sien Guth 15. Jahr/ an einem Uhtmann 20. Jahr lang nachgehaget werden. Sic & exemti sunt ab operibus, Præfecturæ præstandis, quod manifesto ex statutis liquet. So sünd oeck dee Probstdings-Männer mit öhren Kinnern und Probstdings-Gude/ weme dat benohmen mögte/ dien frie/ alleene/ dat die Deinst-Männer dem Herren/ den Pröbsten/ und den Deicken tho Ohlsborg von öhren Gode de Tinse geven ꝛc. Dartho ob dat Hues Lichtenberg verdeilings (sporen-Geld) von der Huve Landes/ tween Himmten Havern/ und twee Schilling nie Bronschwickſche: dartho sünd de Probstdings-Männer dem Heeren/ darunder sey wohnen/ des Jahrs 4. Dage Borgveste schuldick tho entrichtende/ twee Dage in Ruen/ un twene Dage in bloten. Neque illi, qui monasterio proprii erant, aut ab eis manumissi, aliis, quam dominis & senioribus, operas debebant. Constat illud *ex lege allem. cap. 3. §. 3. apud Baluzium tom. I. p. 63. & opera, quaque ei imposita fuerint secundum mandatum, aut quomodo lex habet, si non adimpleverit, sex solidis sit culpabilis.* Penes monasterium itaque est, aliquos ab operis plane absolve-

solvere, aut ad pauciores illas redigere numeros. Notari merentur, quæ *lib. 2. capit.* §. 41. apud *Baluzium tom. I. p.* 750. habentur. *Quia ergo constat, in ecclesia diversarum conditionum homines esse, ut sint Nobiles & ignobiles, servi, coloni, inquilini, & cetera hujuscemodi nomina, oportet, ut, quicunque eis prælati sunt, sive clerici, sive laici, clementer erga eos agant, & misericorditer eos tractent, sive in exigendis ab iis operibus, sive in accipiendis tributis & quibusdam debitis, sciantque, eos fratres suos esse, & unum secum habere patrem DEUM, cui clamant: Pater noster, qui es in cœlis!* Non autem libertate gaudent, bona sua Probstingica absque consensu dominorum alienare: quod, si fecerint, privatione eorum mulctantur, aut, si forte circumstantiæ hunc rigorem dissuadeant, in decem marcas Brunsvicensis monetæ, condemnantur. Apparet itaque, & quoad hunc passum Probstingmannos cum Hagermannis, Freidingmannis & Voigtdingmannis coincidere. Celebratur autem hoc judicium in templo aut coemeterio Olsburgensi tribus per annum vicibus, & quidem die Dominica (1. Post Pentecostes. (2. Post Michaëlis. (3. Post Festum Epiphanias. Judicium constat ex Præpositis, Decano & Judice. Quodsi qui eorum in die judicii absque legitima causa non comparеant, æque ac Probstingmanni non venientes mulctantur, geven veer ordieten Schillinge/ & Probstingmannis liberum, alios eorum loco eligere. Cooptantur quoque quatuor viri, duo cis, reliqui trans Fusam, qui judicii contemtores annotent. Sunt autem Probstingmanni tribus diebus ante, ut ad judicium veniant, per officialem (Voigt) appellandi, & Vhtmanni, id est, peregrini, qui hic æque ac in judicio Amelungsbornensi, sexaginta passus a judicio remoti stare debent. Pensitant quidem ipsi operam moneta quadam, quæ ordiete Schilling vocatur. Est Probstingmannis permissum, adhibere Procuratores, Vorspracke und Achts-Leute. Possunt autem in hoc judicio in prima instantia tractari omnes causæ, quæ

Probstingica bona & agros, ut & nexum, quo coloni Præposituræ sunt devincti, concernunt; sive in Præfectura Guelpherbytana, Episcopatu Hildesiensi, aut alibi sint siti, ut & succesionum causæ. Ubi notandum, in Probstingicis bonis masculos tantum succedere, filiabus autem, si quæ sint, pecuniam ex prædio porrigi, unde Spilhalber/ so der jetlicke weeren/ mit Geldes Gewehr offleggen. Atque si nulli adsunt masculi, vi consolidationis, ad Præposituram bona Probstingica redeunt. Circa illa, quæ hujus sunt judicii, Præposituræ, a Præfectura Guelpherbytana lites moventur, quæ necdum plene decisæ sunt. Quod ad processum attinet, omnia & in hoc judicio summariter pertractantur. Quodsi reus citatus tertia vice compareat & actor in judicio se non sistat, præter expensas, quas reo refundere debet, hic in judicio comparere non tenetur, nisi actor ipsum denuo tribus vicibus per officialem (Voigt) citari curaverit. Hodie ab hoc judicio ad dicasterium provinciale aut cancellariam appellari potest, quod ex *confirmatione Heinrici Julii* liquet. Quodsi vero partes sententiæ morem gerere nolint, ab iis mulcta sumi potest, un dee Partien sick hieran nich wollen sädigen laten/ so schölle dee mohtwillige Partie usen Heeren in die Bröcke gefallen sien. Si autem exsecutio aut immissio facienda, cum hoc ad brachium seculare, non autem ad monasteria spectet, per Præfectum id fiat, necessum est. De judicio eiusmodi, quod competit Episcopo Ratisbonensi, *diplom. ex Hundii metropoli refert Heiderus in apologia libri de Advocatia Imperii. p.* 47.

(i) Curia manumissorum Ecclesiæ coloni liberi, freye Erben und Meyer / descendunt a servis manumissis, atque sunt ii, qui plenam consecuti sunt libertatem. In Episcopatu Hildesiensi ejusmodi judicium, das freye Gerichte zu Steurwalde duabus quotannis vicibus, nempe (1. circa Festum Paschatos, & (2. Post Festum Michaëlis, in ædibus Gografii, in pago, qui vocatur Giessena magna, habetur. Præfectus

ctus Steurwaldensis est Freigravius; judex & Assessores eliguntur. Simile judicium etiam celebratur Bethmariæ tribus per annum vicibus, & quidem die Martis, (Dingstag) id est Gerichts-Tag) (1) Post Trinitatis (2) In plena, ut ajunt, hebdomade post Festum Michaëlis. (3) Post Festum Purificationis Mariæ. Adsunt in illo præter alios, a Principe deputati. In hoc judicio nemo causam agere potest, nisi qui per annum & diem liber fuerit. Non liber (ein unfreyer Mann) in hoc judicio comparere haud potest. Notandum hic, hominem liberum, (Freyer Mann) non posse bona Meierdingica, de quibus gallinariæ præstationes & jus mortuarium solvuntur, habere; nec Hergewettæ, aut Geradæ subesse, sed saltem censum Freidingicum solvere obstringi. Atque antiquitus a freidingicis possessionibus civitates, Nobiles & infames excludebantur. Accusatus responsionem differre potest usque ad proximum diem judicii, (bis zum nechsten rechten Freygedinge.) Cadunt autem sub hoc judicium controversiæ de bonis freidingicis: et si quid freidingicorum bonorum vacuum, tribus vicibus publice offerri (ausgeboten) debet, atque præsenti 18. absenti anni 31. ad bona sua vindicanda conceduntur. Nam est penes hominem liberum, mit Weib und Kind ausser Landes zu ziehen. Ex vulneribus sanguinolentis redactæ mulctæ duæ tertiæ ad Freigrafium, qui punit, reliquum ad liberos homines pertinet. Ab hoc judicio ad supremum Freigrafium, qui est dominus territorialis, appellatur.

(1) Voigtdingicum judicium varias habet significationes. Nonnunquam per illud Grafionis intelligitur; quorsum spectant, quæ in *speculo Suevico art. 390* habentur, daß ein Voigt alle Frevel und Wunden und Schwerdzucken / und nur den Todtschlag um Heimsuchen / und was Frevel und Unzucht heisset / straffen soll. Nobis denotat illud, quo causæ de possessionibus negotiisque ad eas spectantibus hominum propriorum, aut non procul ab iis discedentium, Halßeigener / pertractantur.

tur. Sæpe etiam ad hujusmodi judicium delicta minora, ut sunt injuriæ &c. spectant. Tale Bethmariæ a Præfectura Guelpherbytana & Peinensi cumulative, die Martis post Festum Michaëlis, Siersæ eodem die in plena hebdomade post Fest. Michaëlis, & Wendeburgi, die Martis post Festum Purificationis Mariæ habetur. Ei & a Camera deputati præsidere solent. Inter judicum aut potius Assessorum numerum etiam officialis (Voigt) Bethmariensis esse solet.

(m) Lassos, inter Freidingos & Voigtdingos medios esse, arbitror. Non autem de controversiis lassitica bona spectantibus alibi, quam in judicio lassitico, quod die Veneris ante Pentecostes Festum celebratur, agi potest. Omnia autem hic sumariter tractantur, & si causa nimis ardua, ita ut a Latis decidi nequeat, ad Præfecturam defertur. Nulli hic admittuntur Advocati aut Procuratores, sed ipsi litigantes, causam suam proponunt; quo facto, Præfectus, postquam judicium per officialem, qui dicitur Laeten-Graffe/ aut eius substitutum est apertum, (eingeworben und bedingfalt worden) ea, quæ occurrere, in acta redigit, & postea clare & distincte ad Latos refert. Deinde illi, qui Urtheilträger vocantur, cognita causa sententiam ferunt, quæ deinceps protocollo inseritur. Contra hanc sententiam nec appellatio, nec alia remedia suspensiva locum habent.

§. VIII.

Hæc sunt, quæ de judiciis rusticorum tradidimus: supersunt quamplurima, quæ moneri potuissent; sed propositi ratio pedem hic figere jubet.

Sphalmata exſtantiora, quæ irrepſere, Benevolus Lector ita corriget, & cetera minus obſervata ipſe emendare non gravabitur.

PAgina 3. linea 17. pro munimentis lege *monumentis.*
p. 5. l. 14. pro premium, *proemium.* l. 33. pro Tomas, *Thomas.*
p. 6. l. 4. pro libertati, *libertatis.*
p. 7. l. 5. pro (m) (*l*)
p. 8. l. 28. pro defluant, *diffluant.*
p. 9. l. 13. pro exſequuntur, *exſequantur.* l. 16. pro (q) [*p*]
p. 10. l. 13. pro officii, *officiis.* l. 20. pro referendum, *referendam.* l. 31. pro defœcatum, *defæcatum.*
p. 11. l. 10. pro II. lege *III.* l. 15. *reperitur* deleatur. l. 18. pro Dicta, *dicti.*
p. 16 l. 3. pro Holſata, *Holſatas.*
p. 17. l. 1. pro mercatum, *mercatus.*
p. 19. l. 14. pro Ethymolog. *Etymolog.*
p. 22. l. 28. pro Dyoniſii, *Dionyſii.*
p. 24. l. 22. pro ſynonimum, *ſynonymum.*
p. 27. l. 3. pro fruſtuario, *fuſtuario.*
p. 28. l. 34. pro Plancio, *Planco.* l. 35. item
p. 29. l. 1. 2. 3. pro Juvenalis Sat. 3.

Pegaſus attonitæ poſitus modo Villicus urbi,
Nam ſic latentibus obſtat.
Villicus & veteris Romæ contexit hiatum.

lege: *Juv. lib. 1. Sat. 3. v. 194. 195. 196.*

- - - Nam ſic labentibus obſtat
Villicus & veteris rima contexit hiatum,
Securos pendente jubet dormire ruina.

It. l. 1. Sat. 4. v. 75. 76. 77.

- - - Primus clamante Liburno,
Currite, jam ſedit, rapta properabat ab olla
Pegaſus, attonitæ poſitus modo villicus urbi.

p. 29. l. 31. pro donari, *donare.*
p. 30. l. 7. pro Imperfectæ, *Imperfectæ.*

P. 33.

p. 33. l. 22. pro Hominorum, *Hominum.*
p. 34. l. 19. pro agriculas, *agricolas.* l. 13. pro Brunsvicensis, *Brunsvicenses.*
p. 39. l. 15. pro recensit, *recenset.*
p. 40. l. 3. pro multam, *multum.* l. 29. pro qui, *qua.*
p. 48. l. 6. pro contineri, *continere.*
p. 55. l. 32. pro territorium, *territoriorum.*
p. 60. l. 1. pro prohibitonem, *pro hibitionem.* l. 7. pro dicuntor, *dicentur.*
p. 62. l. 16. pro nullo, *nulla.*
p. 66. l. 22. pro marcessentes, *marcescentes.*
p. 67. l. 13. 14. pro Popysmi igitur sunt adhibendi, *Poppysmata igitur sunt adhibenda.* l. 24. pro potest, *poscit.*
p. 69. l. 2. pro ad-, *ad.*
p. 71. l. 1. pro Evenberg, *Erenberg.* l. 13. Brückgild *deleatur.*
p. 72. l. 11. pro proprius, *propius.* l. 20. pro cœptanti, *captanti.*
p. 89. l. 4. pro und/ ohne.
p. 92. l. 15. pro Detractatio, *Detractio.*
p. 102. l. 4. pro pensatur, *pensetur.*
p. 105. l. 28. pro clientari, *clientelari.*
p. 109. l. 34. pro censerri, *conferri.*
p. 110. l. 6. pro Bachi delitiæ, *Bacchi deliciæ.*
p. 114. l. 7. pro notat, *notatu.*
p. 115. l. 20. *ille* deleatur.
p. 117. l. 12. pro statuta, *statutum sit.*
p. 118. l. 26. pro Salesburgensi, *Salisburgensi.*
p. 119. l. 23. pro prœmiali, *procœmiali.*
p. 120. l. 16. pro inique, *iniqui.*
p. 121. l. 35. post verbum *florebit*, inseratur *&*
p. 125. l. 28. pro immunes, *immunia.*
p. 126. l. 17. pro potestati, *potestate.*
p. 128. l. 24. pro possessiones, *possessionibus.* l. 31. pro nobilis, *nobili.* l. 35. pro Oporte, *Oportet.*

XX N. 89
II. 90

Bayerische StaatsBibliothek
Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Göbel, Johann Wilhelm von,

Joh. Wilhelmi Goebelii I. U. D. eiusdemque in Regio Ducali Iulia P. P. O.
Tractatus De Iure Et Iudicio Rusticorum Fori Germanici

Helmstadium 1723

4 J.germ. 62
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10509730-8
VD18 10217444